
3 2044 106 352 057



Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/floravirginicaex1217clay

For bibliographical note see *Journal of botany*, 1898, XXXVI, 264-267.

This is a reprint (apparently exact) of the original 1739 edition, same publisher, same pagination throughout. Compared Oct. 1945 [illegible].

FLORA VIRGINICA

Exhibens

P L A N T A S

Quas

V. C.

JOHANNES CLAYTON

In

V I R G I N I A

Obſervavit atque collegit.

Eaſdem

Methodo Sexuali diſpoſuit, ad Genera propria retulit, Nominibus ſpecificis inſignivit, & minus cognitas deſcripſit

JOH. FRED. GRONOVIUS.

PARS PRIMA.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud CORNELIUM HAAK, 1743.

(1739)

F2
75.5
G89
1743

VIRO
PRÆSTANTISSIMO,
JOHANNI CLAYTONO
JOH. FRED. GRONOVIUS S. P. D.

SUmmopere mihi gratulabar, Vir Eruditiſſime, quum ex Literis Tuis, quas A. MDCCXXXVI. ad me dediſti, intellexerim Obſervationes meas in octoginta Plantarum Specimina Tuo calculo non ſolum comprobatas fuiſſe, ſed etiam præbuiſſe occaſionem arctiore benevolentiæ Tuæ vinculo me Tibi conſtringendi; poſtquam enim literæ meæ in manus Tuas pervenerant, omni morâ amputatâ alia etiam plantarum ſpecimina, ſed & binis inſequentibus annis ingentem eorundem numerum, ſumma diligentia atque improbo labore a Te in ea, qua degis, Virginiæ regione collectorum, atque curate exſiccatorum ad me tranſmittere fuiſti dignatus, & quidem iſtum in finem, quo earundem Plantarum Claſſes, Genera & Nomina, quibus apud Botanicos Scriptores venire ſolent, Tibi exhiberem; quæ opera mea Te quoque incitavit ad exſpatiandum porrò in amœniſſimo plantarum prato, easque in genuinum σύστημα digerendum, quod quam proſpero ſucceſſu

 Ra-

Rajanam Methodum ſecutus præſtiteris, teſtatur HERBARUM, FRUTICUM, ARBORUMQUE IN VIRGINIA SPONTE NASCENTIUM ad me miſſus CATALOGUS, quo ſupellectilem librariam meam pro ſummo Tuo erga me bene merendi ſtudio augere voluiſti, uberrime confirmans ſententiam Raji indicio Doodii, Vernoni, Krieggii & aliorum, ſcribentis herbas in Provincia Penſilvania, Virginia, Marilandia, Nova Anglia eſſe prorſus eaſdem. Addo etiam, quod ex eodem Catalogo Tuo me didiciſſe agnoſco, innumeras plantas in Virginia ſponte naſci, quas Aſia & Europa magno proventu proferunt.

Summa ſane cum diligentia Eximii Viri Doodius, Vernonus, Krieggius & Baniſterus ex variis Indiæ Meridianæ Regionibus plantas olim collegerunt, ſed quod dolendum, Obſervationes, quas Inclyti iſti Viri chartæ mandaverant, poſt eorum mortem integræ evanuerunt præter pauca earundem fragmenta, quæ ab interitu vindicavit Rajus, cujus ſummi Viri veſtigia ipſe etiam premere dum conor, a me impetrare non potui, quin Catalogum adeo incredibili labore a Te confectum publicarem, ne pari fati invidia aliquando adroderetur; cujus inſtituti mei quamvis Te propter regionum, quas inhabitamus, diſtantiam, certiorem facere non potui, id ſolum, quod potui, præſtiti, & Catesbejo, Apollinis Americani Æditua, cujus amicitia uterque gloriamur, per literas hoc inſtitutum meum ſignificavi, isque mihi auctor fuit, ut τὸ τέκνον typis exaratum,

tum, & publicæ luci expoſitum εἰς τὸν πατέρα remitterem, atque identidem me monuit, Te publico bonarum literarum commodo magis, quam privato Scriptorum tuorum uſu delectari.

Nullus igitur dubitavi, auctoritate Amici noſtri nixus, opus hoc aggredi, & ſpecimina Plantarum, quotquot etiam Tuo munere acceperam, cum perſpicaciſſimo Linnæo examinare, rariorumque Characteres * indagare, quos Generibus ſuis adſerere non dedignatus fuit. Utinam reliqua etiam cum Doctiſſimo Viro ad examen revocare mihi licuiſſet, quæ hoc anno atque ſuperiori tranſmiſiſti ſpecimina. Verum poſt diſceſſum Ejus ſolus ego pro virili operam dedi, ut rariorum Plantarum Characteres conſcriberem, enixe Te rogans, ut Eos in virentibus plantis denuo examines, erroresque, ſi qui fortè a me commiſſi fuerint, pro ſumma humanitate Tua emendes.

Singulis Plantis adjeci Nomina Specifica, quæ exſtant in Horto Cliffortiano & Flora Lapponica; reliquis, quæ iſtic non obviæ erant, Plantis ipſe ea adaptavi, methodum componendi Nomina Specifica a Linnæo præſcriptam ſecutus. Quibuſdam verò Nomen non addidi, haud tantum confidens propriis obſervationibus, quare eas Tibi examinandas propono, ut alteri Floræ Virginicæ parti, quam adorno, inſeri queant.

Synonymum ſingulis plantis unicum modò appoſui,

* Hi ſunt Melothria, Xyris, Houſtonia, Cephalanthus, Claytonia, Pontederia, Prinos, Medeola, Rhexia, Clethra, Hydrangea, Penthorum, Trichoſtema, Schwalbea, Diodia, Obularia, Chryſogonum, Nyſſa.

poſui, ſelectiſſimum ex optimæ notæ Scriptore; e quo reliqua facilè hauriri queunt: exceptis paucis plantis, quarum ſynonyma apud varios ſparſim leguntur Auctores, neque hactenus ab ullo collecta ſunt.

Porrò optimum duxi fore, ut Aſteriſcus præfigeretur Plantis, quarum nomina in Catalogo recenſuiſti, quarumque ſpecimina nondum ad me pervenere.

Quod ſi hæc Methodus Tibi placuerit, omnibus viribus ſtudiis Tuis inſervire porrò contendam. Interim Te rogo, ut hoc qualecunque exiſtimationis meæ erga eximias virtutes Tuas pignus accipias, Deumque O. M. precor, ut longiſſimum illud iter, quo centum & quinquaginta milliaria peragrare divæ Botanices conſtituendæ amplificandæque ergo propoſuiſti, feliciter peragas, & poſtquam Plantarum Virginicarum Hiſtoria ad finem a Te perducta fuerit, ad reliquas Hiſtoriæ Naturalis Provinciæ Virginiæ partes illuſtrandas Te accingas. Vale.

FLORA VIRGINICA.

Claſſis I.

MONANDRIA.

DIGYNIA.

CORISPERMUM foliis oppoſitis. *Linn. Fl. Lapp.* §. 2. & *Hort. Cliff. p.* 3. *n.* 2.
Stellaria aquatica. *C. B. Pin.* 141.
Stellaria aquatica flore dipetalo, maſculinis alias ſterilibus, fœmininis alias fertilibus, in eadem planta confertis. *Clayt. n.* 378.

Claſſis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* CIRCÆA floribus albis, foliis adverſis crenatis latis, in acumen deſinentibus. *Clayt.*

Circæa Canadenſis latifolia, flore albo. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 301.
Cum Circæa Lutetiana Lobelii omnino convenit, excepta magnitudine: corolla quoque viridi & rubra ludit. Confer Hort. Cliff. p. 7.

VERONICA foliis quaternis quinisve. *Linn. Hort. Cliff. p.* 7. *n.* 1.
Veronica Virginiana altiſſima, ſpica multiplici, floribus candidis. *Boerh. Ind. Alt. Part. I. p.* 226.
Anonymos foliis quatuor ſerratis, ad genicula cruciatim poſitis, floribus albis ſpicatis. *Clayt. n.* 428.

VERONICA foliis oppoſitis lævibus crenatis, floribus laxe ſpicatis ex alis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 8. *n.* 5. *Var.* β.
Veronica aquatica major folio oblongo. *Mor. Hiſt. Oxon. Part III. S. III. p.* 323.
Veronica aquatica floribus rotatis in ſummitate caulium, & ex foliorum alis ſpicatim diſpoſitis. *Clayt. n.* 161.

VERONICA foliis oppoſitis cordatis crenatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 9. *n.* 8.
Veronica floſculis ſingularibus, cauliculis adhærentibus. *Raj. Syn. III. p.* 279.
Veronica ſupina, flore minimo cœruleo, foliis hirſutis crenatis, caulibus atro-rubentibus. *Clayt. n.* 368.

VERONICA foliis inferioribus oppoſitis ovatis, ſuperioribus alternis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 9. *n.* 12.
Veronica pratenſis ſerpyllifolia. *C. B. Pin.* 247.
Veronica erecta, flore parvo albo caduco, foliis glabris oblongis. *Clayt. n.* 367.

VERONICA cauliculis procumbentibus, foliis linearibus, floribus ſeſſilibus lateralibus.
Veronica humilis flore minimo albo rotato caduco, foliis

liis anguſtis glabris rigidis, caulibus puſillis procumbentibus. *Clayt. n.* 226.
Ad hanc ſpeciem refero Polygonum erectum lignoſum Roris-marini foliis Virginianum D. Baniſter. Plukn. Alm. p. 302. *& Linulum Carolinianum humiſtratum, Knawel facie. Pet. Gazoph. Nat. T.* 84. *f.* 6.

* VERONICA aquatica, floribus è foliorum alis ſingulis egreſſis. *Clayt.*

* VERONICA aquatica, Beccabunga dicta, flore cœruleo. *Clayt.*

Lyſimachia *flore* pallide cœruleo, e ſingulis foliorum alis ſingulo, abſque pediculo egreſſo, tubulato, ad oram quinquepartito, galea & labio a ſegmentis lateralibus non facile diſcernendis; *calyce* in quinque acuta ſegmenta ad unguem fiſſo; *foliis* ſubrotundis crenatis auriculatis adverſis; *caule* ſimplici infirmo; *vaſculo* acuminato duro bicapſulari. *Clayt. n.* 169.
Singularis eſt planta ad Diandriam Monogyniam corollis inæqualibus referenda.

CAL. *pentaphyllus, foliolis linearibus longitudine fere floris, erectis, perſiſtentibus.*

COR. *monopetala ringens, labio ſuperiore bipartito, inferiore trifido, lacinia media productiore.*

STAM. *Filamenta duo, longitudine fere corollæ. Antheræ incumbentes.*

PIST. *Germen ovatum, deſinens in Stylum ſubulatum. Stigma compreſſum, bifidum.*

PERIC. *Capſula ovata acuminata, bilocularis.*

SEM.

Caulis *eſt teretiuſculus, pubeſcens, minus ramoſus.* Folia *ovato-oblonga, ſeſſilia, acuta, rigida, quæ in utroque latere verſus apicem unica ſerratura notantur.*
Flores *in ſingula ala communiter ſolitarii, fere ſeſſiles, duabus ſtipulis utrinque inſtructi.* Corolla *pallide cœrulea.*

Anonymos. an Ruelliæ ſpecies? *Clayt. n.* 408.
Planta eſt herbacea erecta, foliis lanceolatis oppoſitis, integris, glabris, ſeſſilibus, Aſclepiadis caule erecto ſimplici, foliis lanceolatis, umbellis alternis erectis Hort. Cliff. p. 78. n. 6. folia referentibus. Pedunculi foliis longiores, ex alis foliorum egreſſi plane nudi in ſpicam terminantur floriferam; hique nunquam ex utraque ala, ſed alterna ſerie ex oppoſita parte prognaſcuntur.

CAL. *Perianthium quinquepartitum, laciniis lineari-lanceolatis, æqualibus, longitudine Tubi, perſiſtentibus.*

COR. *monopetala ringens. Tubus patulus, longitudine Limbi. Labium ſuperius ovatum, inferius tripartitum, laciniis oblongis æqualibus.*

STAM. *Filamenta duo, dorſo Corollæ adnata, longitudine Labii ſuperioris. Antheræ in ſingulo Filamento duæ, reniformes, altera paulo altiore.*

PIST. *Germen ovatum. Stylus longitudine Staminum. Stigma tenue bifidum, lacinia inferiore reflexa.*

PERIC. *Capſula*

SEM.

DIANTHERA vocari meretur ob duas Antheras in uno Filamento. In Salviis quidem ſimile quid occurrere videtur, ſed in iis Filamenta ſibi incumbunt.

UTRICULARIA nectario ſubulato.
Pyrola floribus albis ſpicatis, caule aphyllo, folio rotundo ſerrato, pediculo longiſſimo inſidenti. *Clayt. n.* 31.
Referenda eſt ad Lentibulariam Rivini, de qua Celeb. Dillenius in Cat. Giſſ. p. 145. *& Nov. Plant. Gen. p.* 115. *Tab.* 6.

GRATIOLA foliis lanceolatis obtuſis vix dentatis.
Anonymos aquatica flore tubulato, tubo angulato & velut quadrato, exterius purpureis lineis notato, limbo quadripartito, lacinia ſuperiore bifida alba non reflexa, reli-

reliquis albis bifidis æqualibus, filamentis paucis albis criſpis intus pubeſcenti . . . . . calyce perſiſtente, in quinque acuta ſegmenta diviſo, involucro lineari, diphyllo ſuperne coronato, capſula ovata nonnihil acuminata. *Clayt. n.* 379.

VERBENA racemo ſimpliciſſimo, floribus ſeſſilibus, calycibus fructus reflexis, racemoque appreſſis.
? Verbenaca Mariana Roſæ Chinenſis folio, ſeminibus deorſum tendentibus. *Pet. Muſ. n.* 694.
Verbenæ facie Anonymos, foliis latis crenatis acuminatis, ex adverſo binis: floribus purpuraſcentibus, galea bifida reflexa, labello tripartito, in ſpicam longam diſpoſitis: calyce tenui canaliculato deorſum nutante, & ad oram villoſo, ſemen unicum triticeum continente. In umbroſis viget. *Clayt. n.* 129.
Non parum habet ſimilitudinem cum Circææ foliis, Amaranthi Siculi Boccone ſpica floribus parvis purpureis propendentibus Herba Floridana. Plukn. Amalth. p. 59. *T.* 380. *f.* 5.

VERBENA foliis ovatis, caule erecto, ſpicis filiformibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 11. *n.* 5.
Verbena Urticæfolia Canadenſis. *Tourn. Inſt. R.H p.* 200.
Verbena alta foliis Urticæ, floribus dilute cœruleis ſpicatim in ſummis caulibus congeſtis. *Clayt. n.* 431.

VERBENA caule repente, foliis oblongis ſuperne crenatis, pedunculis ſolitariis capitatis.
Anonymos maritima repens, foliis anguſtis ſerratis rigidis acuminatis ex adverſo binis, in ſummo caule & ex alis foliorum florens, floribus albicantibus e capitulis ſquamoſis purpureis egreſſis, quæ pediculis longis ſuſtinentur. Semen unicum pilis coronatum inſtar Scabioſæ inter ſquamas reconditum unicuique floſculo ſuccedit. *Clayt. n.* 448. *Datur Hujus ſingularis varietas, cujus folia lanceolata oblonga, duos pollices tranſverſos longa, acute ſerrata & acuminata.*

*VER-

*VERBENA humilior foliis inciſis. *Clayt.*

LYCOPUS foliis lanceolatis tenuiſſime ſerratis.
Lycopus flore albo, foliis virentibus longis anguſtis gramineis. *Clayt. n.* 185.
Ab hac verticillis magis approximatis, & foliis profundius ſerratis differt Lycopus Canadenſis glaber foliis integris dentatis D. Sherard, quam ſpeciem nomine Lycopi flore minimo albo, foliis purpureis glabris acuminatis ſerratis, odore remiſſo. n. 181. *inſcripſiſti.*

MARRUBIUM aquaticum Marilandicum majus latifolium, verticillis minimis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 288. *n.* 4.

SALVIA labio Corollæ ſuperiori breviore, fauce patente.
Dracocephalon flore longo cœruleo, caule quadrato erecto, foliis amplis ſinuatis rugoſis ferrugineis ad finem rotundis, in caule paucis. *Clayt. n.* 19. *&* 391.

SALVIA foliis ovatis oblongis duplicato-ſerratis, calycibus trifidis, lacinia ſuprema tridentata.
Horminum Virginianum erectum, Urticæ foliis, flore minore. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 395. *T.* 13. *f.* 31. *quod Synonymum minus recte in Horto Cliffortiano tribuitur Sclareæ Mexicanæ altisſimæ facie Heliotropii Hort. Elth.*
Horminum ſylveſtre odoratum, flore ex violaceo & albo variegato, galea parva, foliis rugoſis acuminatis crenatis. *Clayt. n.* 292.

SALVIA foliis ſerrato-ſinuatis, corollis calyce auguſtioribus. *Linn. Virid. p.* 3.
Salvia foliis pinnatim inciſis glabris. *Linn. Hort. Cliff. p.* 12. *n.* 8.
Horminum ſylveſtre flore violaceo, foliis ſinuatis ſerratis, caulibus ſupinis. *Clayt. n.* 272.

MO-

MONARDA floribus verticillatis. *Linn. Hort. Cliff. p. 495. ubi pro* Virginianas *leg.* Noveboracenſes.
Origanum floribus amplis luteis purpureo maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo decem vel duodecim foliis eſt circumcinctus. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Clinopodium floribus amplis luteis purpureo-maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo decem vel duodecim foliolis rubentibus circumcingitur. *Clayt. n.* 140.

MONARDA foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymboſis, foliolis inæqualibus exceptis.
Clinopodium Menthæ folio incanum & odoratum. *Dill. Hort. Elth. p.* 87. *T.* 74. *f.* 85.
Clinopodium foliis oblongis rugoſis ſerratis, ſupremis ſuperne canitie tectis, floribus Menthæ in coronis vel corymbis incanis caules terminantibus denſe ſtipatis, floribus foliiſque odore grato præditis. *Clayt. n.* 212.

MONARDA ſpica interrupta, involucris longitudine verticillorum lanceolatis.
Clinopodium anguſtifolium non ramoſum, flore cœruleo, labio trifido atro-purpureis maculis notato. *Plukn. Alm. p.* 110 *T.* 164. *f.* 3.
Clinopodium non ramoſum flore cœruleo, labio trifido atro-purpureis maculis notato. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 374. *n.* 6. *Tab.* 8 *fig.* 6.
Clinopodium flore cœruleo. *Clayt. n.* 412.
Spicam terminant duo treſve verticilli, cincti involucro multiplici, floſculis vix longiori, quod conſtat foliolis coloratis nitidis ciliatis, exterioribus ovato-lanceolatis, interioribus lineari-lanceolatis. Calyces piloſi ſeu hiſpidi, parum inæquales. Corolla minima, hirſuta. Folia lanceolata, obſolete ſerrata. Reliqua ex deſcriptione Bobarti apud Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p. 299. *n.* 4. *petenda.*

Claſſis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA caule dichotomo, capitulis terminatricibus involucro cinctis.
Valerianella Marilandica, foliis oblongis obtuſis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 244.
Valerianella præcox floribus albis, ſemine compreſſo. *Clayt. n.* 43.

CHIONANTHUS. *Linn. Hort. Cliff. p.* 17.
Thymelææ affinis arbor floribus albis odoratis, ad unguem in quatuor longa anguſta ſegmenta diviſis, racematim diſpoſitis, pendulis, aſpectu plumis ſimilibus: foliis amplis oblongis ſubtus quaſi incanis; baccis magnis purpuraſcentibus Oleæ Hiſpanicæ fructui ſimilibus, oſſiculum durum ſtriatum continentibus. Fringe-tree. *Clayt. n.* 46.

MELOTHRIA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 490.
Cucumis fructu minimo viridi ad maturitatem producto nigricante. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Bryoniæ albæ affinis floribus flavis, foliis parvis vitigineis, fructu cylindraceo, ad maturitatem producto nigricante, e pedicillo longo tenuiſſimo pendente. *Clayt. n.* 134.

IRIS radice fibroſa, caule unifloro, foliis breviore, corolla imberbi.
Iris Virginiana pumila S. Chamæiris verna anguſtifolia, flore pupuro-cœruleo odorato D. Baniſter. *Plukn. Alm. p.* 198. *T.* 196. *f.* 6.
Chamæiris repens verna, flore ex violaceo & aureo variegato, odorato, cujus etiam datur Varietas flore albo. *Clayt. n.* 253.

IRIS corollis imberbibus, germine trigono, caule ancipiti.
Iris aquatica Majo florens anguſtifolia, flore ex pallide cœruleo & nigro variegato, radice reptatrice. *Clayt. n.* 259.

COMMELINA foliis ovato-lanceolatis, caule erectiuſculo ſcabro, petalis duobus majoribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 495. *n* 3.
Commelina erecta, ampliore ſubcœruleo flore. *Dill. Hort. Elth. p.* 90. *T.* 77. *f.* 88.
Commelina flore cœruleo dipetalo, cito marceſcente, caule nodoſo, foliis anguſtis acuminatis Ephemero nonnihil ſimilibus. *Clayt. n.* 93.

*COMMELINA flore cœruleo tripetalo, cito caduco, caule teneriori, foliis minoribus. Paſcuis & ſylvis arenoſis viget. *Clayt.*

XYRIS foliis gladiatis.
Gladiolus luteus tripetalos, floribus pluribus minimis ex uno capitulo ſquamoſo erumpentibus. *Baniſt.*
Gladiolo lacuſtri accedens Malabarica, e capitulo botryoide florifera. *Plukn. Alm. p.* 170. *Tab.* 416. *fig.* 4.
Gramen junceum Braſilianum capite ovali ſquamoſo florido. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. VIII. p.* 229. *Tab.* 9. *f.* 28.
Gramen florens capitulo ſquamoſo, Jupicai Braſilienſibus Piſon. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. II. p.* 1318.
Xyris caule nudo ſimplici gramineo junceo, floribus luteis monopetalis uſque ad imum in tres partes ſectis, fugacibus ante meridiem, e capitulis parvis ſquamoſis exeuntibus, capitulo in uno caule unico: foliis a radice longis gramineis: capſula inter ſquamas recondita membranacea indiviſa trifariam dehiſcente, ſeminibus parvis rotundis luteis repleta. In paſcuis madidis viget. *Clayt. n.* 219.
Succus contuſæ plantæ ad Impetiginem curandam laudatur a Piſone.

CYPERUS floribus capitatis erectis pedunculatis.
Gramen dactyloide non ramoſum, ſpicis triticeis brevibus plurimis tenuibus muticis, e foliorum rigidorum alis ſingulis egreſſis, ſemine triticeo. *Clayt. n.* 173.

CYPERUS culmo nudo triquetro acuminato, capſulis confertis ſeſſilibus ſub apice.
Juncus acutus maritimus, caule triquetro maximo molli, & procerior noſtras. *Plukn. Alm. p.* 200.
Scirpus caule triquetro rigido, apice mucronato. *Clayt. n.* 398.

*CYPERUS caule triquetro, radice tuberoſa inodora. *Clayt.*

*CYPERUS aquaticus, caule craſſiore & altiore. *Clayt.*

SCIRPUS paniculatus, foliis floralibus paniculam ſuperantibus.
Cyperus miliaceus ex Provincia Mariana, panicula villoſa aurea. *Plukn. Mant. p.* 62. *T.* 419. *f.* 3. *ubi folia floralia dimidio breviora, quæ alioquin panicula duplo longiora ſunt.*
Cyperus miliaceus Marilandicus, ſpicis ſeminiferis magis confertis, rubentibus, lanuginoſis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 620. *n.* 13.
Gramen arundinaceum panicula lanata. *Clayt. n.* 205.

SCIRPUS culmo ſetaceo nudo, ſpica ſubgloboſa.
Gramen Cyperoides caule tenui junceo. *Clayt. n.* 380.

DIGYNIA.

PANICUM paniculatum floribus muticis.
Gramen miliaceum Americanum majus panicula minore. *Plukn. Alm. p.* 176. *T.* 92. *f.* 7.
Gramen miliaceum foliis latis acuminatis. *Clayt. n.* 381.

PA-

PANICUM panicula capillari erecta, foliis piloſis.
Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea. *Sloan. Cat. Jam. p.* 35. *& Hiſt. Jam. Vol.* 1. *p.* 115. *n.* 34. *T.* 72. *f.* 3.
Gramen miliaceum autumnale. *Clayt. n.* 454.

POA ſpiculis ovatis oblongis nitidis, panicula diffuſa.
Gramen pratenſe majus Virginianum. *Pet. Muſ. n.* 239.
Gramen phalaroide altiſſimum, ſpica ampla longa, foliis paucis, ſtaminum apicibus flavis valde conſpicuis, e glumis tremulis pendentibus. *Clayt. n.* 273.

HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, involucris floſculos craſſitie & longitudine ſuperantibus.
Gramen ſpicatum ſecalinum. *Clayt. n.* 446.
Spicam Hordei ſativi magnitudine excedit. Singulo axi denticulato affiguntur duo involucra ſeſſilia, unoquoque conſtante duobus radiis, qui ipſis floſculis duplo craſſiores, longiores & ſtriati dehiſcunt, ac ariſta longa terminantur. Horum ſinui verſus latus interius inſeruntur floſculi tres, quales in Hordeo ſativo cernuntur, paulo minores anguſtioresque, nec tam remoti a ſe invicem.

TRIGYNIA.

Globulariæ affinis aquatica, caule tenui aphyllo gramineo, capitulis albicantibus parvis globoſis, foliis paucis humiſtratis gramineis. *Clayt. n.* 234. *&* 439.
Petiverius & Pluknetius duobus titulis hanc ſpeciem proponunt, nec ipſe diſſentirem, ni ſpecimina num. 439. *inſcripta errorem detexiſſent, quibus reſpondet*
Scabioſa graminea nudicaulis, capitulis argenteis, ſive Statice minima Maderaſpatana. Plukn. Alm. p. 366. *T.* 221. *f.* 7. *quæ eadem cum Randalia Madraſpatana graminis folio globulifera Pet. Muſ. n.* 796. *& Palea muta coree Malab. Act. Philoſ. Lond. vol.* 23. *num.* 285. *pl.* 256.

Specimina verò num. 234. tranſmiſſa exactiſſime referunt Eriocaulon Noveboracenſe capitulo albo globoſo S. Globulariam Americanam Statices haud abſimilem, cauliculis lana atronitente refertis. Plukn. Amalth. app. Tab. 409. f. 5. Huic ſynonyma ſunto Randalia Americana procerior. Pet. Gazoph. Tab. 6. f. 2. & Planta Mariana capitulis albis conglobatis Ejuſd. Muſ. n. 658.

Hæc ſpecimina ætate modo differunt, ac in eadem planta Scapos proferunt longiores ac minores, capitula majora & minora, eademque vel duriora vel molliora. Omnibusque eſt

CAL. *communis imbricatus in globum depreſſum ex ſquamis numeroſis æqualibus, lanceolatis, unifloris, perſiſtentibus.*

COR. *propria ex tribus petalis lanceolatis obtuſis, apice villoſis, baſi attenuatis, connatisque in ſtylum piloſum, cui inſidet Corolla.*

STAM. *tria capillaria patentia, germini inſiſtentia. Antheræ oblongæ verſatiles.*

PIST. *Germen tenue inter Stamina & Corollam. Styli tres, breves, capillares. Stigmata ſimplicia.*

PERIC. *nullum.*

SEM. *unicum corollâ volitans, uti pappo.*

MOLLUGO foliis oppoſitis, ſtipulis quaternis, caule dichotomo.
Knawel ſive Polygono affinis erecta ramoſa, caule rubente, leviter villoſo, foliis hirſutis minimis ſubrotundis ex adverſo binis. Semen in ramulorum divaricationibus minutiſſimum in vaſculo parvo incluſum profert. *Clayt. n.* 316. & 317.

MOLLUGO foliis ſæpius ſeptenis, lanceolatis.
Alſine Spergula Mariana latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem inſidentibus, calyculis eleganter punctatis. *Plukn. Mant. p. 9. T. 332. f. 4.*
Herniaria arvenſis repens, foliis quinque, ſex, vel ſeptem ad nodos ſtellatim poſitis. *Clayt. n.* 399.

Claſſis IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

CEPHALANTHUS foliis oppoſitis & ternis.
Cephalanthus foliis ternis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 73.
Scabioſa dendroides foliis latis acuminatis adverſis, floribus albis monopetalis in capitula plurima ſphærica denſe coactis, ſtaminibus plurimis longiſſimis extantibus. Buttonwood. *Clayt. n.* 106.

DIPSACUS capitulis florum conicis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 24.
Dipſacus ſylveſtris aut Virga Paſtoris major. *C. B. Pin. Clayt. n.* 267.

HOUSTONIA foliis radicalibus ovatis, caule compoſito, floribus ſolitariis.
Houſtonia *Linn. Hort. Cliff. p.* 35.
Rubia parva foliolis ad geniculum unumquodque binis, flore cœruleo fiſtuloſo. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Houſtonia primo vere ubique florens, floribus infundibuliformibus dilute cœruleis, foliis parvis adverſis in caule paucis. *Clayt. n.* 60.

HOUSTONIA foliis ovato-lanceolatis, corymbis terminatricibus.
Rubia Mariana Alſines majoris folio, ad caulem binato, flore purpuro rubente. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p* 262. *n.* 8.
Rubia parva latifolia, foliis ad geniculum binis, flore rubente. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Houſtonia flore rubro tubuloſo, foliis adverſis leviter hirſutis, in ſummis caulibus ex alis foliorum umbellatim quaſi florens. *Clayt. n.* 63.

* GALIUM caule ſingulari erecto, floribus flavis ex alis foliorum ſingulis egreſſis, pediculis longis tenuibus inſidentibus, foliis quinque vel ſex ad nodos ſtellatim poſitis. *Clayt.*

APARINE foliis quaternis obtuſis lævibus.
Rubia tetraphyllos glabra, latiore folio, Bermudenſis, ſeminibus laxis atro-purpureis. *Plukn. Alm. p.* 324 *T.* 248. *f.* 6. cujus foliorum quaterniones longioribus intervallis diſtant, ſurculique floriferi erectiores ſunt. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 261.
Cruciata floribus atro-purpureis, ſeminibus lanugine quaſi tectis ad ſingulos flores binis. *Clayt. n.* 313.

* APARINE floribus albis, caule quadrato infirmo, foliis ad ſingula genicula quatuor, fructu rotundo glabro lucido. *Clayt.*

PLANTAGO foliis lanceolato-ovatis pubeſcentibus, vix denticulatis, ſpicis laxis pubeſcentibus.
Plantago media incana Virginiana ſerratis foliis annua. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. VIII. p.* 259. *T.* 15. *f.* 8.
Plantago myoſotis S. trinervia hirſuta Carolina. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. II. app. p.* 1889.
Plantago Virginiana Piloſellæ foliis anguſtis, radice turbinata. *Plukn. Alm. p.* 298.
Plantago foliis anguſtis hirſutis, ſeu potius Coronopus foliis integris. *Clayt. n.* 343.

* PLANTAGO latifolia glabra vulgaris. *Clayt.*

* PLANTAGO anguſtifolia glabra, cauliculis longis infirmis, ſpicis brevibus, ſtaminibus plurimis extantibus. *Clayt.*

CORNUS involucro maximo, foliolis obverſe cordatis *Linn. Hort. Cliff. p.* 38. *n.* 3. 1
Cornus mas floribus quaſi in corymbo digeſtis, perianthio albo e quatuor foliis compoſito radiatim expanſo cinctis. Dogwood. *Clayt. n.* 57.
Noveboracenſibus Yſerhout audit, hinc forte Syderoxylum Rochefortii Hiſt. des Antill. cap. 6. f. 5.

CORNUS fœmina, floribus candidiſſimis umbellatim diſpoſitis, baccis cœruleo-viridibus, oſſiculo duro compreſſo biloculari. Swamp dogwood. *Clayt. n.* 23.
Cornus fœmina candidiſſimis foliis Americana. *Plukn. Alm. p.* 128.

EUONYMUS foliis lanceolatis.
Euonymus Virginianus Pyracanthæ foliis, capſula verrucarum inſtar exaſperata rubente. *Plukn. Alm. p.* 139. *T.* 115. *f.* 5.
Euonymus Pyracanthæ foliis, capſulis coccineis eleganter bullatis. *Clayt. n.* 75.
Pedunculi communiter biflori, minusque ſubdiviſi. Flores pentapetali. Folia ſuperiora anguſtiora, infima latiora magisque ovata.

LUDWIGIA *Linn. Hort. Cliff. p.* 491.
Anonymus flore luteo ſpecioſo caduco, folio Salicis glabro alternatim poſito, ex alis foliorum ſingulatim floreſcens, vaſculo quadrato & quadripartito. *Clayt. n.* 137.

DIGYNIA.

APHANES *Linn. Hort. Cliff. p.* 39.
Perchepier Anglorum S. Polygonum Selinoides. *Clayt. n.* 374.

CUSCUTA caule aphyllo volubili repente.
Cuſcuta inter majorem & minorem media, filamentis longis & fortibus latiſſime ſuper arbores vel campos ſe extendens. *Sloan. Cat. Jam. p.* 85. *& Hiſt. Jam. Vol.* 1. *p.* 201. *n.* 26. *T.* 128. *f.* 4.
Cuſcuta aquatica caulibus aureis, fruticibus ſe longe implicans. *Clayt. n.* 215.

TETRAGYNIA.

ILEX foliis ovatis acutis dentatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 40. *n.* 1.
Agrifolium vulgare. *Clayt.*

* ILEX maritima, foliis oblongis non ſinuatis, glandibus eſculentis. *Clayt.*

· *Claſſis V.*

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

MYOSOTIS ſeminibus hiſpidis, foliis lanceolato-ovatis.
Cynogloſſum Virginianum flore minimo albo. *Baniſt.*
Cynogloſſum Virginianum fructu & flore minimo D. Sherard. *Plukn. Alm. p.* 126.
Cynogloſſum, flore albo minimo, foliis amplis latis tenuibus, caulibus ramulisque fragilibus, ſeminibus erecte ad plantam poſitis. *Clayt. n.* 111.
Folia reſpectu plantæ maxima. Pedunculi floriferi tenues.

ANCHUSA lutea minor, quam Indi Paccoon vocant, ſe ipſos ea pingentes. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Anchuſa minor lutea Virginiana, Puccoon Indigenis dicta, qua ſe pingunt Americani. *Plukn. Alm. p.* 30.
Anchuſa parva lutea flores quaſi umbellatim in ſummo caule ferens. *Clayt. n.* 304.
Ab hac non differre videtur Lithoſpermum Virginianum flore luteo duplici ampliori. Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p. 447. *n.* 4. *T.* 28. *f.* 4. *licet nulli in caulibus pili, nec flores multiplicati, quos naturæ luxurianti adſcribo.*

* LITHOSPERMUM floribus albicantibus roſtratis. *Clayt.*

CYNOGLOSSUM foliis amplexicaulibus.
Cynogloſſum floribus ſpecioſis nunc albis nunc cœruleis, foliis maximis latis perfoliatis. *Clayt. n.* 257.

* CYNOGLOSSUM flore albo. *Clayt.*

* CYNOGLOSSUM flore rubro. *Clayt.*

* CYNOGLOSSUM flore atro-purpureo. *Clayt.*

PULMONARIA calyce tubo corollæ breviore, perianthiis quinquepartitis.
Symphytum S. Pulmonaria non maculata, foliis glabris acuminatis, flore patulo cœruleo. *Plukn. Alm. p* 359. & *Amalth. p.* 198. *T.* 227. *f.* 6. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 444. *n.* 6.
Pulmonaria non maculoſa, floribus tubuloſis longis pulcherrimis cœruleis, in panicula pendula congeſtis, foliis teneribus glabris latis obtuſis, ad margines æqualibus, pediculis dilute purpureis inſidentibus; radice craſſa inſtar Symphyti. Mountain Cowſlip. *Clayt. n.* 339.

LYCOPSIS foliis lanceolatis, calycibus fructuum erectis. *Linn. Fl. Lap.* 77.
Bugloſſum ſylveſtre minus. *C. B. Pin.* 257.
Bugloſſum ſupinum, flore cœruleo, foliis Echii, caulibus foliiſque aſperis, maculis nigris hinc inde notatis. *Clayt. n.* 262.

*ECHIUM flore cœruleo, lineis intus rubris notato, ſtaminibus rubris, foliis caulibuſque hirſutis. *Clayt.*

*Idem flore carneo. *Calyt.*

LYSIMACHIA foliis ovato-acutis quaternis.
Anagallis Mariana lutea, foliis latis ſtellatis. *Pet. Gazoph. Nat. Tab.* 2. *f.* 5.
Anagallis flore flavo. *Clayt. n.* 419.

LYSIMACHIA foliis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 52. *n.* 4.
Lyſimachia lutea minor, foliis nigris punctis notatis. *C. B Pin.* 245.
Lyſimachia lutea. *Clayt. n.* 433.

*Nummularia aquatica Becabungæ foliis, ad genicula florens, flore albicante tubulato, caule rubente ſucculento, radice repente. *Clayt.*

ANA-

ANAGALLIS foliis ovatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 52.
Anagallis phœniceo flore. *C. B. Pin.* 252.
Anagallis terreſtris flore coccineo. *Clayt. n.* 401.

HYDROPHYLLUM. *Linn. Hort. Cliff. p.* 49.
Hydrophyllum Morini. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 81.
Hydrophyllum floribus ſpecioſis albis. *Clayt. n.* 249.

AZALEA ramis infra flores nudis.
Azalea ſcapo nudo, floribus confertis terminatricibus, ſtaminibus declinatis. *Linn. Hort. Cliff. p* 69.
Ciſtus Ledon flore monopetalo rubente, Caprifolio ſimili, odorato, capſula ſicca longa anguſta, per maturitatem quinquefariam dehiſcente. *Clayt. n* 52. Pinxterbloom. *Noveborac.*

AZALEA ramis infra flores folioſis.
Prioris ſpecies flore albo glutinoſo odoratiori. *Clayt. n.* 32.

AZALEA foliis lanceolatis integerrimis non nervoſis glabris, corymbis terminatricibus.
Ciſtus ſempervirens Laurifolia, floribus eleganter bullatis D. Baniſter. *Plukn. Alm. p.* 106. *T.* 161. *f.* 3.
Ciſtus Ledon S. Andromeda Laurifolia ſempervirens, floribus dilute carneis, purpureis maculis notatis, extra eleganter bullatis ad infundibuli formam proxime accedentibus, inodoris, confertim naſcentibus, capſula ſicca quinquefariam diviſa. Jvy. *Clayt. n.* 21.

* Ciſtus Ledon ſive Andromeda floribus monopetalis parvis albis tubuloſis, ſpicatim in ſummis ramulis diſpoſitis, foliis & facie Vitis Idææ, capſula minima ſicca quinquepartita. *Clayt.*

PHLOX foliis lineari-lanceolatis, caule recto, corymbo terminatrice. *Linn. Hort. Cliff. p.* 63.
Lychnidea folio Melampyri. *Dill. Hort. Elth. p.* 203. *T.* 166. *f.* 202.

Lychnidea flore rubente, plurimis in ſummo caule veluti umbellatim congeſtis, foliis Melampyri. Hujus plurimæ ſunt ſpecies, quæ floris colore præcipue differunt. *Clayt. n.* 297.

CONVOLVULUS foliis cordatis, radice capitata.
Convolvulus megalorhizos, flore amplo lacteo, fundo purpureo. *Dill. Hort. Elth. p.* 101. *T.* 85. *f.* 99.
Convolvulus folio cordiformi, flore candido ad imum, intus purpureo. *Clayt. n.* 211.

CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis. *Linn. Hort Cliff. p.* 66.
Convolvulus minor arvenſis. *C. B. Pin.* 294.
Convolvulus parvus, flore carneo, foliis Oxalis. *Clayt. n.* 265.

POLEMONIUM foliis pinnatis, radicibus reptatricibus. *Clayt. n.* 249.
Polemonium vulgare cœruleum. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 252.

CAMPANULA caule ſimpliciſſimo, foliis amplexicaulibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 65. *n.* 11.
Campanula pentagonia perfoliata. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. II. S. V. p.* 457. *T.* 2. *f.* 23.
Campanula ſive ſpeculum Veneris, flore purpureo ex alis foliorum egreſſo, foliis ſubrotundis parvis alternis crenatis auritis. *Clayt. n.* 20.

LONICERA foliis ſubovatis, germine bifloro, corollis interne hirſutis, ſtylo bifido.
Baccifera Mariana Clematitis daphnoidis minoris folio. *Pet. Muſ. n.* 363. & *Gazoph. Nat. Tab.* 1. *f.* 13.
Syringa baccifera Myrti ſubrotundis foliis, floribus albis gemellis ex Provincia Floridana. *Pluk. Amalth. p.* 198. *T.* 444. *f.* 2. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol.* 1. *p.* 21. *Tab.* 20.
Chamæpericlymeni foliis plantula Marilandica, flore in ſummo caule unico tetrapetalo. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 656. *n.* 16.

Sy-

Syringa baccifera ſive Clematis Daphnoides repens aquatica, foliis parvis, floribus albis gemellis unicam baccam rubram carnoſam duobus umbilicis prædiram continentibus. *Clayt. n.* 28. *pl.* 2.

LONICERA floribus verticillatis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis coalitis, fructu triſpermo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 57. *n.* 1.
Trioſteoſpermum latiore folio, flore rutilo. *Dill. Hort. Elth. p.* 394. *T.* 293. *f.* 378.
Trioſteoſpermum perfoliatum, floribus rubentibus quinque verticillatim ad nodos poſitis, baccis per maturitatem luteis inſidentibus, caule concavo hirſuto, foliis oblongis venoſis mollibus, radice alba longa amara. Feverroot & Cinque. *Clayt. n.* 84.

LONICERA floribus capitatis, pedunculatis ex alis, foliis petiolatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 58. *n.* 2.
Symphoricarpos foliis alatis. *Dill. Hort. Elth. p.* 371. *T.* 278. *f.* 360.
Vitis Idæa floribus parvis albis, ad genicula denſe agminatim ſtipatis, pendulis, vix conſpicuis, foliis parvis ſubrotundis adverſis, viminibus rigidis rugoſis, baccis parvis atro-rubentibus, haud humidis, dipyrenis. *Clayt. n.* 201. & 281.

SAMOLUS Valerandi. *J. B.* 3. 791.
Anagallis aquatica rotundo folio non crenato. *C.B.Pin.* 252.
Glaux exigua maritima, vel Samolus flore albo, folio Cochleariæ alterno, vaſculo conico unicapſulari. *Clayt. n.* 314.

DATURA pericarpiis rectis ovatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 55. *n.* 1.
Stramonium flore albo. *Clayt. cujus varietas eſt*
Stramonium flore cœruleo. *Clayt.*

* VERBASCUM maximum floribus ſpecioſis flavis, filamentis tenuibus purpureis, intus denſe congeſtis, folio glabro viridi fuſco, acuminato crenato. *Clayt.*

* VERBASCUM fœtidum floribus albis, purpureis lineis notatis, folio glabro viridi, varie & profunde inciſo. *Clayt.*

* Blattaria floribus plurimis albis, foliis odoratis villoſis. *Clayt.*

SOLANUM caule inermi annuo, foliis ovatis angulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 60. *n.* 3.
Solanum officinarum. *C. B. Pin.* 166.
Solanum floribus albis parvis, foliis atrovirentibus, baccis nigris racematim diſpoſitis. *Clayt. n.* 430.

PHYSALIS radice perenni, foliis cordatis obtuſis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 496. *n.* 7.
Alkekengi Bonarienſe repens, bacca turbinata viſcoſa. *Dill. Hort. Elth. p.* 11. *T.* 10. *f.* 10.
Alkekengi fructu luteo dulci in racemis pendulis ſparſo, pediculo longo inſidente, flore flaveſcente. *Clayt. n.* 128.

* HEDERA Fraxini foliis in altitudinem magnam aſcendens. *Clayt.*

VITIS foliis quinatis, foliolis ovatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 74. *n.* 3.
Edera quinquefolia Canadenſis. *Corn. C.* 41.
Vitis vel potius Hedera quinquefolia ſcandens. *Clayt. n.* 116.

* Vitis uva mediocri, acinis nigricantibus ſubacidis. *Clayt.*

* Vitis ſerotina, acinis parvis nigricantibus acidis. *Clayt.*

* Vitis Vulpina dicta; acinis peramplis purpureis, in racemo paucis, ſapore fœtido & ingrato præditis, cute craſſa carnoſa. *Clayt.*

* Vitis Vulpina ſerotina, foliis parvis triangulatis ad margines ſerratis, fructu prioris. *Clayt.*

CELASTRUS inermis, foliis ovatis ſerratis trinerviis, ramis ex ſummis alis longiſſimis. *Linn. Hort. Cliff. p. 73. n. 5.* Euonymus Novi Belgii, Corni fœminæ foliis. *Comm. Hort. Amſt. Part. I. p.* 167. *T.* 86.
Frutex ad altitudinem trium vel quatuor pedum aſſurgens, floribus albis minimis pentapetalis ſpicatim diſpoſitis, haud odoratis, foliis Ulmi, viminibus lentis: capſula ſicca triloba triloculari rutacea, ſemen unicum in unoquoque loculamento continenti, radice magna craſſa exterius rubente. *Clayt. n.* 69. *&* 311.

CLAYTONIA.
Anonymos caule infirmo ſupino, foliis longis anguſtis ſucculentis, floribus ſpecioſis albis, rubris lineis intus notatis, ſpicatim quaſi diſpoſitis, calyce monophyllo in duas partes ſecto, vaſculo membranaceo unicapſulari. Decidentibus floribus Caulis & Capſula ſe ſub terra recondunt. Monocotyledonum inſtar protrudit unicum foliolum. Vere floret. *Clayt. n.* 251.
Radix *tuberoſa.*
Caulis *ſemipalmaris tener, ſuperne craſſior, terminatus racemo brevi laxo patente, floribus ſex, octo, vel decem onuſto, quorum ſingulus proprio & indiviſo inſidet pedunculo.*
Folia *communiter duo linearia, utrinque acuminata, tres digitos longa, glabra, carnoſa, quorum unum ad radicem caulis, alterum verò ad exortum racemi poſitum eſt.*
Calyx *bivalvis vireſcens ovatus obtuſus.*
Corolla *incarnata.*
In Phytophylacio Collinſoniano datur ſpecimen foliis & caule huic ſimile, quod Pluknetius titulo Ornithogalo affinis Virgin. flore purpureo pentapetaloide D. Baniſter *deſcripſiſſe videtur.*

Anonymos ſ. Belvedere. *Clayt. n.* 4.
CAL. *monophyllus, quinquepartitus, acutus, parvus, perſiſtens.*
COR. *pentapetala, æqualis, petalis patentibus oblongis, obtuſis. Nectarium cylindraceum in centro corollæ, eaque dimidio brevius, monophyllum ore quinquefido.*

STAM. *Filamenta quinque, breviſſima, ex inciſuris Nectarii. Antheræ ſubrotundæ.*

PIST. *Germen ſubrotundum. Stylus ſimplex, longitudine Nectarii. Stigma obtuſum.*

PER. . .

SEM. . .

Nectarii Situs & Figura valde ſingularis eſt, eodemque modo ſe habet in Cynancho & Melia; ab his tamen differt ſtaminibus, piſtillo & calyce. Caulis eſt nudus ſimpliciſſimus, ſpica alba laxa terminatus.

Anonymos Suffrutex foliis Salicis alternis, flore cœruleo è tubo longo anguſto in quatuor (*an non quinque*) lacinias acutas expanſo. Nerii ſpecies. *Clayt. n.* 306.

Usque dum Characterem ex vivis conſcripſeris plantis, Neriis attribui poteſt.

CAL. *omnium minimus, quinquedentatus.*

COR. *hypocrateriformis, limbo quinquepartito, laciniis linearibus.*

STAM. *Filamenta quinque, breviſſima, in fauce tubi corollæ. Antheræ ſimplices.*

PIST. *Germen ovatum. Stylus ſimplex. Stigma capitatum.*

PER. . .

SEM. . .

Folia alterna, ovato-lanceolata, integra, quibus differt ab altera ſpecie, quæ datur in Phytophylacio Collinſoniano, cui Folia ſunt oppoſita, margine ſerrata.

DIGYNIA.

ASCLEPIAS foliis verticillatis linearibus ſetaceis.

Apocynum Marianum erectum Linariæ anguſtiſſimis foliis umbellatum. *Plukn. Mant. p.* 17.

Apocynum Marianum foliis anguſtiſſimis ſtellatis. *Pet. Muſ. n.* 609.

Apocynum erectum non ramoſum, foliis Rorismarini, floribus albis in umbellis diſpoſitis, ſiliquis binis ſingulis floribus ſuccedentibus. *Clayt. n.* 216.

ASCLEPIAS hirſuta, foliis ovatis obtuſis ſubſeſſilibus, caule decumbente.
Apocynum Carolinianum Aurantiacum piloſum. *Pet. Hort. Sicc. n.* 90.
Apocynum flore ſaturate aureo, in umbellas diſpoſito, foliis hirſutis, caulibus ſupinis ligneis rotundis hirſutis, foliis plurimis veſtitis. *Clayt. n.* 83.

ASCLEPIAS caule erecto annuo, foliis ovatis acuminatis alternis, pluribus in pedunculo umbellis.
Apocynum erectum non ramoſum, folio ſubrotundo, umbellis florum rubris. *Clayt. n.* 263.

ASCLEPIAS caule erecto ramoſo annuo, foliis lanceolatis, umbella terminatrice erecta compoſita. *Linn. Hort. Cliff. p.* 78. *n.* 4.
Apocynum minus rectum Canadenſe. *Corn. C.* 38.
Periploca aquatica erecta, foliis Salicis, flore carneo in umbella coacervato, ſiliquis magnis tumidis hirſutis. *Clayt. n.* 222.

ASCLEPIAS caule erecto ſimplici, foliis lanceolato-ovatis glabris, pedunculis alternis, umbellis erectis.
Apocynum Perſicariæ mitis folio, corniculis lacteis. *Dill. Hort. Elth. p.* 33. *Tab.* 29. *f.* 32.
Apocynum erectum non ramoſum, folio ſubrotundo, umbellis florum ſpecioſis albis. *Clayt. n.* 65.

ASCLEPIAS caule erecto ſimplici annuo, foliis ovato-oblongis, ſubtus incanis, umbella nutante. *Linn. Hort. Cliff. p.* 78. *n.* 3.
Apocynum majus Syriacum rectum. *Corn. C.* 37.

CYNANCHUM caule volubili perenni, inferne ſuberoſo fiſſo, foliis cordatis acuminatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 79. *n.* 5.
Periploca Caroliniensis, flore minore ſtellato. *Dill. Hort. Elth. p.* 308. *Tab.* 229. *f.* 296.

Periploca late ſcandens, flore ferrugineo, foliis cordiformibus, capſulis echinatis, ſingulis floribus ſingulis, ſeminibus lanugine argentea alatis. Varietas datur Capſulis glabris. *Clayt. n.* 1. *&* 223.

APOCYNUM foliis ovatis acutis ſubtus tomentoſis.
Aſclepias erecta ramoſa, caule rubente, cortice cannabino, floribus parvis obtuſe albicantibus, foliis oblongis acuminatis, ſiliquis binis. *Clayt. n.* 438.
Umbellæ in hac ſpecie, non ut in reliquis, regulares ſunt, ſed varie ſubdiviſæ. Corollâ planâ cum aliis ſui generis convenit. Hujusque varietates ſunt, quas Pluknetius Tab. 260. *fig.* 3. *&* 4. *proponit.*

*Mercurialis Anglicus S. Bonus Henricus. *Clayt.*

*CHENOPODIUM caule rubente ſtriato, foliis amplis triangularibus ſerratis, pediculis longis inſidentibus, humore pingui quaſi tectis. *Clayt.*

*CHENOPODIUM fœtidum polyſpermum, foliis flaveſcentibus laciniatis. *Clayt.*

*CHENOPODIUM foliis anguſtis dilute viridibus. *Clayt.*

*CHENOPODIUM eſculentum foliis triangularibus profunde crenatis, ſuperne pulverulentis, nondum expanſis dilute purpureis. *Clayt.*

*Botrys præalta fruteſcens, foliis longis laciniatis. *Clayt.*

SALSOLA foliis pungentibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 86.
Kali ſpinoſum cochleatum. *C. B. Pin.* 289.
Kali fructum ad nodos aculeatum, ſemen unicum in ſpiram convolutum continentem ferens. *Clayt. n.* 432.

MITREOLA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 492.
Mitra *Houſt.*

Rubia

Rubia ſpicata parva alba, foliis ſemper ex adverſo binis glabris, Ocymo ſimilibus, ſed ad margines æqualibus. *Clayt. n.* 187.

Filamenta huic ſunt quinque intra Tubum corollæ breviſſima. Antheræ ſimplices. De Piſtillo, Pericarpio & Semine conſule Hort. Cliff. l. c.

HEUCHERA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 82.

Mitella Americana, flore ſqualide purpureo villoſo. *Boerh. Ind. Alt. Part. I. p.* 208. *Clayt. n.* 301. & 424.

GENTIANA floribus duodecim petalis, foliis diſtinctis.

Centaurium minus floribus carneis in undecim vel duodecim ſegmenta diviſis. *Clayt. n.* 120.

CAL. *duodecimfidus, laciniis linearibus erectis.*

COR. *Petalum unicum, ad unguem in duodecim lacinias lanceolatas erecto-patulas diviſum, calyce longius.*

STAM. *duodecim, petalo adnata, longitudine calycis. Antheræ oblongæ, ſpiraliter intortæ.*

PIST. *unicum. Germen ſubrotundum. Stylus longus, intortus. Stigma ſimplex.*

PER. . .

SEM. . .

GENTIANA caule ramiſque ramoſiſſimis, foliis ſubulatis minimis.

Centaurium minus ſpicatum anguſtiſſimo folio, ſive ſcoparium Marilandicum novum. *Plukn. Mant. p.* 43. *Tab.* 342. *f.* 3.

Centaurium luteum caulibus plurimis ſucculentis, foliis minimis veſtitis, flore flavo quinquepartito fugaci, matutino tempore conſpicuo, cui vaſculum rubrum integrum acuminatum, ſeminibus parvis repletum ſuccedit. Groundpine. *Clayt. n.* 110.

GENTIANA floribus ventricoſis campanulatis erectis quinquefidis, foliis ovato-lanceolatis.

Gentiana Virginiana Saponariæ folio, flore cœruleo longiore.

giore. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XII. p.* 484. *Tab.* 5. *f.* 4. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. Tab.* 70.
Gentiana autumnalis floribus ſaturate cœruleis, foliis rigidis. *Clayt. n.* 10.

Gentiana foliis linearibus acuminatis, pedunculis longiſſimis nudis unifloris oppoſitis.
Centaurium minus floribus pulcherrimis albis. *Clayt. n.* 171.
Corolla rotata eſt, laciniis lanceolatis quinque in floribus lateralibus, ſex interdum in flore caulem terminante. Faux Corollæ nuda.

* Centaurium minus flore rubente, fundo luteo. *Clayt.*

* Centaurium minus foliis Serpilli, ſapore amaro inſignibus. *Clayt.*

* ULMUS altitudinis & craſſitiei minoris, in madidis ſolummodo invenienda. *Clayt.*

ERYNGIUM foliis gladiolatis, utrinque laxe ſerratis, denticulis ſubulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 88.
Eryngium campeſtre Yuccæ foliis, ſpinis tenellis hinc inde marginibus appoſitis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Eryngium campeſtre Yuccæ foliis. an Contrayervæ ſpecies? Ad morſus Serpentis Caudiſoni & aliorum venenatorum optimum cenſetur remedium. *Clayt. n.* 282.

HYDROCOTYLE foliis peltatis orbiculatis undique emarginatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 88.
Hydrocotyle vulgaris. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 328.
Hydrocotyle repens flore albo, Cotyledonis folio. *Clayt. n.* 429.

HYDROCOTYLE repens flore albo, foliis in tres lobos partitis ſive crenatis. *Clayt. n.* 396.

SANI-

SANICULA floſculis maſculinis pedunculatis, hermaphroditis ſeſſilibus.
Sanicula Marilandica caule & ramulis dichotomis, echinis minimis, in eodem communi pediculo ternis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 260.
Sanicula ſylvatica floribus albis, foliis tricuſpidatis. *Clayt. n.* 28.

DAUCUS ſeminibus hiſpidis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 89. *n.* 1.
Daucus vulgaris. *Cluſ. Hiſt. CXVIII.*
Daucus ſylveſtris. *Clayt. n.* 444.

AMMI lacinulis foliorum capillaribus, caule angulato.
Umbellifera aquatica, foliis in minutiſſima & plane capillaria ſegmenta diviſis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 260.
Anonymos aquatica parva, foliis in minutiſſima ſegmenta diviſis, flore albo, odore Cumini. *Clayt. n.* 215.

LIGUSTICUM foliis duplicato-ternatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 97. *n.* 3.
Liguſticum Scoticum Apii folio. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 342.
Apii ſpecies floribus luteis. *Clayt. n.* 307.

ANGELICA foliolis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 97. *n.* 2.
Angelica ſylveſtris major. *C. B. Pin.* 155.
Angelica ſylveſtris alta, foliis amplis alatis pinnatis, floribus albis odoratis, in umbellas denſiſſimas lataſque congeſtis, ſemine magno ſtriato compreſſo foliaceo, Paſtinacæ ſimili. *Clayt. n.* 125.

SIUM folio infimo cordato, caulinis ternatis, omnibus crenatis.
Anonymos floribus atro-purpureis, foliis ex uno pediculo ternis. *Clayt. n.* 291.
Multum convenit cum figura prima Nindzi, quam tradit Kæmpferus Amœn. Exot. faſc. 5. *claſſ.* 3. *plant.* 1. *niſi quod omni parte longe minor ſit, floriſque colore differat.*

Ex ſuperioribus foliis Medium longiori pedunculo producitur. Radix & Pediculi genua amplexantes ad mediam longitudinem profundo ſulco cavati, eodem modo ſe habent, ut & Folium infimum ſingulum, languide dentatum, baſi cordatum: ſuperiora Folia etiam ſunt ternata, ex ovato acuminata, denticulo acuto denſe ſerrata, ex nervo inſigni medio, & ex eo decurrentibus lateralibus, denſo venularum complexu reticulata.

SCANDIX ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 111. *n.* 3.
Chærophyllum ſativum. *C. B. Pin.* 152.
Cerefolium flore albo. *Clayt. n.* 407.

PIMPINELLA foliis lanceolatis glabris acuminatis, ſæpius integerrimis, rarius ſerraturâ notatis.
Oenanthe maxima Virginiana Pæoniæ fœminæ foliis. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. p.* 288. *Sect. IX. Tab.* 7. *f.* 1.
Pimpinellæ Species aquatica non ramoſa, foliis eleganter pinnatis longis anguſtis glabris odoratis acuminatis, ſupremis interdum medio inciſis ad modum Thalictri, floribus parvis albis, ſemine Paſtinacæ foliaceo compreſſo, radice Siſari. *Clayt. n.* 279.

ÆGOPODIUM foliolis lanceolatis-acuminatis ſerratis.
Angelica Charibæarum elatior Oluſatri folio, flore albo, ſeminibus luteis ſtriatis, Cumini odore & ſapore. *Plukn. Alm. p.* 31. *T.* 76. *f.* 1.
Angelica Virginiana foliis acutioribus, ſemine ſtriato minore, Cumini ſapore & odore. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. IX. p.* 281. *n.* 9.
Angelica elatior aquatica floribus albis plurimis, foliis alatis eleganter ſerratis, caule glabro fiſtuloſo inſtar Cicutæ, ad imum maculato, ſemine parvo ſtriato Apii, odore & ſapore Cumini. *Clayt. n.* 13. & 123.

TRI-

TRIGYNIA.

RHUS foliis ternatis, foliolis petiolatis ovatis acutis integris. *Linn. Hort. Cliff. p.* 110. *n.* 3.
Toxicodendron amplexicaule, foliis minoribus glabris. *Dill. Hort. Elth. p.* 390. *Ubi Vir Celeberr. de luſu foliorum quoad ætatem & ſexum egregie diſſerit. Hinc tot novæ Species apud Auctores occurrunt, quæ meræ ſunt varietates. Et hinc quoque Tua*
Hedera lacteſcens nunc recta nunc ſcandens trifoliata, folio querciformi. Poiſon-Oak. *n.* 238.
Hedera ſurrecta triphylla, medio folio querciformi. *Plukn. Mant. p.* 100.

* RHUS foliis amplis pinnatis, racemis atro-rubentibus. *Clayt.*

* RHUS ſtaturæ minoris, foliis racemisque minoribus. *Clayt.*

CASSINE. *Linn. Hort. Cliff. p.* 72.
Phillyrea Capenſis, folio Celaſtri. *Dill. Hort. Elth. p.* 315. *T.* 236.
Arbuſcula maritima foliis ſempervirentibus, Phillyreæ ſimilibus, ſed minoribus, baccis parvis rubentibus tripyrenis. Caſſine. *Clayt.*

TINUS foliis ovatis, in petiolos terminatis, integerrimis.
Opulus aquatica foliis ſubrotundis, frondibus albis in umbellas diſpoſitis, baccis atro-purpureis, oſſiculo compreſſo. *Clayt. n.* 64.

VIBURNUM foliis ſubrotundis ſerratis glabris.
Viburni ſpecies floribus albis umbellatim congeſtis, foliis Pruni, bacca molli atro-purpurea oblonga eduli, oſſiculo duro compreſſo. Black-Haw. *Clayt. n.* 47.

Inſignem Hujus Differentiam præbet Specimen in Phytophylacio Collinſoniano, cui ſolia Coryli glabra oppoſita, umbella ſupradecompoſita absque involucro. Hinc Viburnum foliis cordato-orbiculatis glabris ſerratis plicatis appellari poſſet. cujus etiam datur Varietas foliis ſuperioribus perfecte cordatis. An verò ad Viburnum potius, quam Tinum, Sambucum vel Opulum ſit referendum, fructus docebit.

SAMBUCUS caule perenni ramoſo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 109.
Sambucus fructu in umbella nigro. *C. B. Pin.* 456.

* Staphylodendron triphyllum, vaſculo tripartito. *Clayt.*

PENTAGYNIA.

ARALIA arborea aculeata. *Linn. Virid. p.* 26.
Aralia caule aculeato. *Ejuſd. Hort. Cliff. p.* 113. *n.* 1.
Aralia arboreſcens, ſpinoſa. *Vaill. Serm. p* 43
Angelica baccifera, ſive Aralia arboreſcens ſpinoſa. Gum-Biiar. *Clayt. n.* 233.

ARALIA caule nudo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 113. *n.* 2.
Aralia Canadenſis aphyllo caule. *Boerh. Ind. Alt Part. II. p.* 65
Aralia foliis pinnatis amplis, lobis cordiformibus, floribus parvis albis, racematim ad caulium divaricationes congeſtis, caule atro-rubente villoſo, baccis rubris umbilicatis compreſſis, ſemen unicum vel duo compreſſa ſtriata continentibus, radice magna craſſa odorata.
Hujus datur ſpecies *Ginſeng* vocata, quæ hìc montibus naſcitur, a me nunquam viſa; folia quinquefida, radicem aromaticam minorem habere fertur. Baccis priori convenit, ſed ſtatura humiliori eſt. *Clayt. n.* 42 *Non dubito, quin huic reſpondeat Araliaſtrum Quinquefolii folio majus, Ninzin vocatum D. Sarraſin. Vaill. Serm. p.* 43. *n.* 1.

ARA-

ARALIA foliis ternis ternatis.
Naſturtium Marianum Anemones ſylvaticæ foliis enneaphyllon, floribus exiguis. *Plukn Mant. p. 135 Tab. 435 f. 7.*
Araliaſtrum Fragariæ folio, minus. *Vaill Serm. p. 43 n. 3.*
Anonymos puſilla flore albo, foliis in uno pediculo ternis. Madidis Aprili floret. *Clayt. n. 329.*
In Phytophylacio Collinſoniano occurrunt duo Specimina, quorum ſingulum duobus foliis ternatis & tertio quinato inſtruitur Hinc ſuſpicari licet, ſpeciem hanc ab Araliaſtro Quinquefolii folio minori D. Sarraſin. Vaill. Serm. p. 43. non eſſe diverſam.

LINUM ramis foliiſque alternis lanceolatis ſeſſilibus, nervo longitudinali inſtructis.
Linum Catharticum floribus luteis, foliis minimis glaucis. *Clayt. n.* 440.

DROSERA ſcapis radicatis; foliis orbiculatis. *Linn. Flor. Lapp.* 5. 0?.
Ros Solis folio rotundo. *C. B. Pin.* 357. *Clayt. n.* 3.

Claſſis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

RENEALMIA filiformis intorta. *Linn Hort. Cliff. p.* 129.
Camanbaya Caroliniana cinerea. *Pet. Muſ. n.* 752.
Anonymos paraſytica arboribus altiſſimis innaſcens, ex quarum ramulis ad longitudinem viginti pedum verſus terram protenditur. *Clayt. n.* 389.
Camanbaya Caroliníenſis nigra Pet. Gazoph. Nat. Tab. 62. *fig.* 12. *non eſt diverſa ab hac ſpecies, ſed ſolummodo interius Filum nigrum, cujus ope Icteri aves ædificant & ſuſpendunt nidos. Confer Sloan. Hiſt. Jam. Vol. II. p.* 299.

BURMANNIA ſcapo biflore. *Linn. in Burm. Theſ. Zeyl. p.* 51. *ubi pro Orientali leg. Occidentali.*
Burmannia flore duplici. *Linn. Obſ. in Hort. Cliff. p.* 128.
Burmannia aquatica puſilla, flore purpureo pulchro, in uno caule unico, apicibus luteis minutiſſimis, ſegmentis tribus ſingulari & peculiari modo, plumarum poſitionis ad ſagittæ finem inſtar, è pericarpii lateribus extantibus; caule humili aphyllo tenuiſſimo capillaceo, foliis anguſtis, radice fibroſa. Loca amat paludoſa. Floret Septembri. *Clayt. n.* 248.

TRADESCANTIA. *Linn. Hort. Cliff. p* 137.
Ephemerum Virginianum flore azureo majori. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 367. *Clayt. n.* 297.

AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla æquali, piſtillo refracto. *Linn. Hort. Cliff. p.* 135.
Lilionarciſſus Indicus pumilus monanthus albus, foliis anguſtiſſimis, Atamaſco dictus. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. II. p.* 366. *T.* 24.
Lilionarciſſus flore ſpecioſo albo, exterius dilute rubente, foliis longis anguſtis plurimis. Madidis gaudet locis, floretque ad finem Aprilis. *Clayt. n.* 256.

PON-

PONTEDERIA floribus ſpicatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 133.
Michelia *Houſt.*
Pontederia aquatica floribus monopetalis violacei coloris, in duo labia diſtincta tripartita diviſis, quorum ſuperius intus macula flava pingitur, thyrſo ſeu ſpica denſa in ſummo caule coactis: foliis craſſis, ſagittæ cuſpidis inſtar, glabris, pediculis fungoſis junceis longis rotundis, e radice ſtatim emergentibus, inſidentibus: pericarpio rugoſo pyriformi, ſemen unicum ejuſdem figuræ tegente. *Clayt. n.* 87.

* LILIUM ſ. Martagon floribus aureis purpureis maculis eleganter notatis ſpecioſis, ſingulis caulibus ſingulis, nonnunquam pluribus. *Clayt.*

* ALLIUM arvenſe, odore gravi, capitulis bulboſis rubentibus. *Clayt.*

UVULARIA caule perfoliato.
Polygonatum perfoliatum minus Virginianum, folio ſubrotundo brevi. *Plukn. Alm. p.* 101.
Lilium ſive Martagon puſillum, floribus paucis flavis pendulis, foliis glaucis Polygonati; caule perfoliato, radice carnoſa alba, capſula triquetra alata Coronæ Imperialis inſtar. *Clayt. n.* 258.

ORNITHOGALUM floribus umbellatis, ſpatha bivalvi.
Ornithogalum majus album, flore odorato, foliis latioribus glabris, radice ſolida rotunda alba. *Clayt. n.* 44.

* ORNITHOGALUM vernum luteum, foliis anguſtis hirſutis. *Clayt.*

CONVALLARIA foliis alternis, floribus ex alis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 124. *n.* 2.
Polygonatum latifolium vulgare. *C. B. Pin.* 303.
Polygonatum flore luteo, foliis longis glaucis. *Clayt. n.* 335.

CONVALLARIA foliis alternis, racemo terminatrici. *Linn. Hort. Cliff. p* 125 *n* 4.
Smilax aſpera racemoſa, Polygonati folio. *Tourn. Inſt. R. H p* 64
Polygonatum ſpicatum, foliis integris nervoſis albicantibus latis acuminatis, Plantaginis ſimilibus alternis: floribus parvis albis pentapetalis, in racemos ad finem caulis coactis: baccis per maturitatem rubris, duobus ſeminibus duris lucidis arcte coactis fœtis: caule ſingulari, nunquam ramoſo; radice alba, Polygonati ſimili. *Clayt. n.* 35.

HYACINTHUS caule nudo, foliis linguæformibus acuminatis dentatis.
Hyacinthus Floridanus ſpicatus, foliis tantum circa radicem brevibus, elato caule, floribus albis parvis ſtriatis, & veluti lanugine ſeu pube quadam elegantiſſime criſpatis. *Plukn. Amalth. p* 119. *T.* 437. *f.* 2.
Hyacinthus caule alto aphyllo, floribus albis vix odoratis, quaſi urceolaribus parvis, ſpicatim in caulis faſtigio congeſtis; foliis ad exortum latis glabris, in acumen longum excurrentibus, ad margines leviter ſpinulis mollibus tenellis minimis obſitis: radice tuberoſa intus flava, amara, fibris plurimis rigidis cincta. Stargraſſ & Starroot. *Clayt. n.* 74.

JUNCUS foliis planis, panicula rara, ſpicis ſeſſilibus & pedunculatis. *Linn. Hort. Cliff p.* 137.
Juncus villoſus, capitulis Pſyllii. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 246.
Gramen paniculatum. *Clayt. n.* 332.

JUNCUS culmo nudo acuminato ad baſin ſquamato, floribus pedunculatis. *Linn. Flor. Lapp.* §. 117.
Juncus lævis, panicula ſparſa minor. *C. B. Pin.* 12.
Juncus. *Clayt. n.* 393.

PRINOS.
Arbor trunco parvo infirmo, viminibus lentis, cortice glabro, foliis Lauri, floribus pentapetalis, albicantibus, e ramulis abſque pediculis egreſſis, baccis & ſeminibus Agrifolii. *Clayt. n.* 78.
Rami *alterni*, *læves*, *nudi.* Folia *ovata*, *petiolata*, *glabra*, *acute ſerrata*, *ſerraturis in acumen ſubulatum deſinentibus*, *ſuperiora acuminata*, *inferiora obtuſa.*
Ex ſingula ala prodit pedunculus *communis*, *petiolo brevior*, *umbellam hederaceam ſuſtentans.* Flores *albi.*

TRIGYNIA.

*Lapathum foliis longis, latis, vix acuminatis, coſtis caulibuſque rubentibus, radice intus crocea. *Clayt.*

*Lapathum aquaticum foliis longis, anguſtis, acutis, floribus ad genicula verticillatim congeſtis. *Clayt.*

*Oxalis parva repens, foliis auriculatis & acuminatis. *Clayt.*

ANTHERICUM filamentis lævibus, perianthio trifido. *Linn. Hort Cliff. p.* 140.
Aſphodelus non ramoſus, foliis anguſtis gramineis, caule rotundo rigido leviter villoſo, flore parvo albo hexapetaloide, capſulis trigonis rubentibus. Julio floret in pratis humidis. *Clayt. n.* 269.
A Phalangiis differt fructu & piſtillo ſimplici; ab omnibus Liliaceis, calyce.

MEDEOLA foliis ſtellatis lanceolatis, fructu baccato.
Lilium ſive Martagon puſillum floribus minutiſſimis herbaceis D. Baniſter. *Plukn. Alm. p* 401. *T.* 328. *f.* 4.
Herbæ Paridi affinis Mariana planta floribus hexapetalis biformibus. *Pet Muſ. n.* 421.
Medeola flore nudo viridi hexapetalo reflexo, ſtylo purpureo longo, e tribus longis filamentis compoſito. Folia
ad

ad modum Coronæ barbularum in floribus radiatis caulem ſingularem per intervallum cingunt. Singulis floribus bacca nigra madida, tribus vel quatuor ſeminibus duris fœta ſuccedit. *Clayt. n.* 22.

Folia verticillatim caulem ambiunt ſeptem, ſexve, lanceolata glabra integerrima ſeſſilia. In ſummis ramis duo vel tria foliola e regione poſita prodeunt, ex quorum alis exſurgunt pedunculi aliquot filiformes ſimpliciſſimi penduli, folio breviores, uniflori. Corolla revoluta & pallida.

An hæc vires Ipecacoanhæ æmulatur? Confer Linnæi Flor. Lapp. §. 155. γ.

MENISPERMUM foliis cordatis indiviſis, & peltatis cordatis lobatis.

Meniſpermum folio hederaceo. *Dill. Hort. Elth. p.* 223. *T.* 178. *f.* 219.

Anonymos maritima. *Clayt. n.* 425.

SAURURUS foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, ſpicis ſolitariis folio longioribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 139. *n.* 1.

Saururus foliis alternis cordiformibus, membrana ex adverſo foliorum caulem involvente, floribus albis ſpicatim denſe ſtipatis, ſtaminibus multis longis nigris, ſpicæ cacumine deorſum nutante: ſingulis floſculis quatuor aut tria ſemina denſe congeſta, albo tegmento tecta, ſuccedunt. Calycem habet membranaceum monophyllum, vix conſpicuum. Locis madidis & aquoſis luxuriat. *Clayt. n.* 107.

Claſ-

Claſſis VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

ACER folio palmato-angulato, flore fere apetalo ſeſſili, fructu pedunculato corymboſo.
Acer Virginianum folio majore, ſubtus argenteo, ſupra viridi, ſplendente. *Plukn. Alm. p. 7. T. 2. f. 2. Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T. 62.*
Acer floribus rubris, folio majori, ſuperne viridi, ſubtus argenteo ſplendente. *Clayt.*

Aceris Generi adſcribi conſuevit Arbor, cui inter Piluliferas locum dediſti, ſc.
Platano affinis Aceris folio arbor, gummi odoratum fundens, pilulis ſphæricis echinatis, pediculo longo inſidentibus, ſeminibus nigricantibus lucidis alatis repletis. Sweet-gum. White-gum.
Cujus Synonyma ſtudioſe collegit Linnæus in Hort. Cliff. p. 486.
Fructificationis partes ſi deſcripſeris, rem gratam præſtiteris. Confer Boerh. Ind. Alt. Part. II. p. 234.

MONOTROPA flore nutante.
Orobanche Virginiana flore tetrapetalo cernuo Baniſteri. *Plukn. Alm. p.* 273. *T.* 209. *f.* 2. Broom-rape. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 36.
Orobanche dodrantalis, flore pallido, caule ſquamis nigris veſtito. *Clayt.* 245.

RHEXIA calycibus glabris.
Anonymos flore rubente tetrapetalo, ſtaminum apicibus flavis, foliis venoſis acuminatis, leviter hirſutis, ex adverſo binis, ſapore acidis, vaſculo unicapſulari tubulato, ad baſin ventricoſo, ore contracto. Soapwood. *Clayt. n.* 227.

Ex ſeminibus beneficio Tuo ad me miſſis diſtinctiſſime obſervare licuit Vaſculum, *quod deſcribis* uniloculare, *eſſe quadriloculare*, *quadrivalve. Hinc data occaſione curioſius in hoc inquiras*, *ne falſum condatur Genus.*

Caulis *tetragonus lævis*, *angulis pilis rigidis aſperſis.* Folia *oppoſita ovato-oblonga trinervia*, *pilis rigidis ſparſis hiſpida*, *ſerraturis in pilos rigidiuſculos deſinentibus. Ex ſummis alis prodeunt rami vel pedunculi ſolitarii*, *ut & ex apice caulis*, *inſtructi foliolis quibusdam minutiſſimis oppoſitis*, *ex quorum alis pedunculus prolifer exit*, *quem terminat flos*, *ut plurimum ſolitarius.*

Lyſimachia non pappoſa Mariana leptoneuros, *flore tetrapetalo rubello*, *folio & caule hirſutie ferruginea hiſpidis Plukn. Mant. p.* 123. *T.* 428. *hujus generis eſt.*

Alia hujus Species flore rubro parvo ſpecioſo, non cito caduco, foliis minoribus pluribus, leviter hirſutis. *Clayt.*

OENOTHERA florum calyce monophyllo, *hinc tantum aperto.*

Lyſimachia lutea caule rubente, foliis Salicis alternis nigro-maculatis, flore ſpecioſo amplo, vaſculo ſeminali eleganter ſtriato inſidente. *Clayt. n* 36. *&* 333.

Folia nequaquam ſunt dentata, *alioquin optime conveniret cum Onagra anguſtifolia*, *flore minore*, *caule rubro Tourn.*

OENOTHERA foliis lineari-lanceolatis undulatis. *Linn. Virid. p.* 33.

Oenothera foliis lineari-lanceolatis dentatis, floribus e medio caule. *Ejuſd. Hort. Cliff. p.* 144.

Onagra floribus ſpecioſis luteis, fruteſcens, foliis alternis Perſicariæ crenatis acuminatis, leviter hirſutis, vaſculo longo. *Clayt. n.* 200.

VACCINIUM ramis filiformibus repentibus, foliis ovatis perennantibus. *Linn. Fl. Lapp.* §. 145.
Oxycoccus ſ. Vaccinia paluſtris. *Journ. Inſt. R. H. p.* 655.

VACCINIUM foliis lanceolato-ovatis integerrimis deciduis.
Vaccinia Mariana Euonymi folio ſplendente. *Pet. Muſ. n.* 492.
Vitis Idæa Euonymi folio ſplendente, fructu nigricante. Buſh-Whortle-berry. *Clayt. n.* 61.

VACCINIUM ſtaminibus corollâ longioribus.
Vitis Idæa Americana longiori mucronato folio & crenato, floribus urceolatis racemoſis. *Plukn. Alm. p.* 391. *T.* 339. *f.* 5.
Vaccinia Mariana flore purpuraſcente ſtaminoſo. *Pet. Muſ n.* 493.
Vitis Idæa humilis, longiori & mucronato folio, floribus urceolatis racemoſis, fructu rubro majore. Gooſe-Berrys. *Clayt. n.* 42.

* Vitis Idæa humilior, foliis Arbuti, fructu minore, ſeminibus plurimis minimis repleto. *Clayt.*

DIOSPYROS foliis utrinque concoloribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 149. *n.* 2.
Putchimon, Pitchumon or Perſimon. *Clayt. n.* 80.

TRIGYNIA.

PERSICARIA florum ſtaminibus quinis, ſtylo duplici, corolla quadrifida inæquali. *Linn. Hort. Cliff. p.* 42. *n.* 3.
Perſicaria fruteſcens maculoſa, Virginiana, flore albo. *Park. Th.* 857.
Perſicariæ affinis ſylveſtris, calycibus albis quinquefidis, longa ſerie ſummo caule ſpicatim diſpoſitis, foliis mollibus acuminatis, ſemine lucido duro, nonnihil compreſſo, & ad apicem villoſo. *Clayt. n.* 183.

*PERSICARIA mitis maculoſa, floribus candidis. *Clayt.*

* PERSICARIA maculoſa, floribus rubentibus. *Clayt.*

*PERSICARIA non maculoſa, floribus albis. *Clayt.*

*Eadem flore carneo. *Clayt.*

POLYGONUM. *Cæſalp. Syſt.* 168.
Polygonum latifolium. *C. B. Pin.* 281.
Polygonum repens, calyce dilute rubente, foliis glaucis. *Clayt. n.* 382.

HELXINE foliis ſagittatis, caule aculeato.
Helxine caule erecto aculeis reflexis exaſperato. *Linn. Hort. Cliff. p.* 151. *n.* 2.
Fagopyrum Marianum, folio ſagittato, caulibus & pediculis ſpiniferis. *Pet. Muſ. n.* 401. *De Laet Hiſt. Amer. Lib.* 3. *C.* 10. *p.* 79. *Ic.*

HELXINE foliis haſtatis, caule aculeato.
Fagotritico ſimilis ſpinoſa ſcandens, Ari folio latiore Floridana. *Plukn. Amalth. p.* 87. *T.* 398. *f.* 3.
Fagotritico ſimilis aquatica late ſcandens, foliis auriculatis hirſutis, in mucronem deſinentibus, floribus, ſeu potius calycibus albis, caule ſpinis rigidis curtis obſito. *Clayt. n.* 189.

* Fagopyrum ſcandens, caule rubente, ſemine nigro. *Clayt.*

TETRAGYNIA.

PARIS foliis ternis, flore ſeſſili erecto.
Solanum triphyllum, flore tripetalo atro-purpureo, in foliorum ſinu absque pediculo ſeſſili. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Solanum triphyllum, flore hexapetalo, tribus petalis purpureis erectis, cæteris viridibus reflexis. *Plukn. Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 50.
Anonymos caule ſimplici nudo, ad faſtigium tribus folum-

ſummodò foliis veſtito, e quorum medio flos purpureus irregularis exoritur, radice ſtriata tuberoſa. *Clayt.*
Ab hac Specie flore pedunculato nutante *differt Solanum triphyllum flore hexapetalo carneo. Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 45.

SAGINA ramis procumbentibus. *Linn. Fl. Lapp.* §. 157. Alſine puſilla flore albo, anguſtiſſimis foliis glabris muricatis, caulibus tenuibus humi ſtratis. *Clayt. n.* 344.

Claſſis IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

LAURUS foliis integris & trilobis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 154. *n.* 1.
Cornus mas odorata, folio trifido, margine plano, Saſſafras dicta. *Plukn. Alm. p.* 120. *T.* 222. *f.* 6. *Clayt. n.* 56.
Cornus mas ſ. Saſſafras, Laurinis foliis indiviſis, ex Provincia Floridana. *Plukn. Amalth. p.* 66.
Saſſafras forte Lauri foliis. *Piſon.* 146.

LAURUS foliis enervibus obverſe ovatis utrinque acutis integris annuis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 154. *n.* 2.
Benzoin officinarum. *C. B. Pin.* 503. *Clayt. n.* 54.

LAURUS foliis lanceolatis, nervis transverſalibus, fructus calycibus baccatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 154. *n.* 3.
Laurus Caroliniensis, foliis acuminatis, baccis cœruleis, pediculis longis rubris inſidentibus. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 63.
Laurus foliis acuminatis, flore albicante, baccis cœruleis, pediculis rubris inſidentibus. *Clayt.*

Claſ-

Claſſis X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

CERCIS foliis cordatis pubeſcentibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 156. *n.* 2.
Arbor Judæ floribus papilionaceis rubentibus, foliis cordiformibus, ſiliquis brevibus, utrinque acuminatis, compreſſis. *Clayt.*

CASSIA foliolis plurimorum parium linearibus, ſtipulis ſubulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 158. *n.* 1.
Chamæcriſta Pavonis Americana, ſiliqua multiplici. *Breyn. Cent p* 66. *T.* 24.
Poincianæ Species humilior, flore magno pentapetalo, flavo, pendulo, ad caulem ſeſſili, foliis minoribus pulchris, eleganter pinnatis. *Clayt. n.* 156.

CASSIA foliolis ſeptemparium lanceolatis, extimis fere minoribus, glandula ſupra baſin petiolorum. *Linn. Hort. Cliff. p.* 159. *n* 8.
Senna Liguſtri folio. *Dill. Hort. Elth. p.* 350. *T.* 260. *f.* 338.
Poincianæ Species herbacea, floribus pentapetalis flavis, in ſummo caule ſpicatis, foliis pinnatis fœtidis, nullo in extrema coſta impari, ſiliquis latis per maturitatem nigris, quaſi articulatis, ſemine intus nigricante viridi notato, radice perenni. *Clayt. n.* 146.

CLETHRA.
Alnifolia Americana ſerrata, floribus pentapetalis albis, in ſpicam diſpoſitis. *Plukn. Alm. p.* 18. *T.* 115. *f.* 1. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. p.* 66. *T.* 66.
Frutex foliis ac facie Alni, floribus albis pentapetalis odoratis, ſpicatim ad ramulorum finem diſpoſitis, capſula ſicca pentagona, ſeminibus minutiſſimis tenuibus repleta. *Clayt. n.* 114.

Ar-

Arbor eſt ſat procera, ramis teretibus alternis. Folia lanceolata, acuminata, petiolata, ſubtus venoſa, ſuperiora verò magis dilatata & acute ſerrata, inferiora obverſe-ovata obtuſa, ſerrata tamen. Ramos terminant Spicæ laxæ vix ſpithamææ, floribus ſubſeſſilibus ſtipula ſubulata exceptis, & calyce incano munitis.

In Charactere num. 354. corrige & adde

PERIC. *Capſula ſubrotunda, calyce obvoluta, trilocularis, trivalvis.*

SEM. *plurima angulata.*

Patet hinc, quod a Pyrola longe recedat. vid. Hort. Cliff. p. 162.

PYROLA petiolis apice bifloris vel trifloris.

Pyrola Mariana Arbuti foliis anguſtioribus, trifoliata, ad medium nervum linea alba utrinque per longitudinem diſcurrente. *Plukn. Mant. p. 157. Tab. 349. f. 4.*

Pyrolæ Species flore albo odorato, foliis oblongis muricatis aculeatis, albo Cyclaminis vel Aſari inſtar notatis, pediculis rubris inſidentibus, capſula Ciſti in ſeptem vel octo loculamenta diviſa, ad apicem diu glutinoſa. Aſpectu ſuffrutex eſſe videtur. *Clayt. n. 88.*

Trifoliata non eſt, ſed folia habet plurima ad ſummum caulem congeſta.

ANDROMEDA arborea foliis oblongo-ovatis integerrimis, floribus paniculatis nutantibus, racemis ſimpliciſſimis.

Frutex foliis oblongis acuminatis, floribus ſpicatis uno verſu diſpoſitis. Sorrel-tree. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T. 71.*

Arbor floribus parvis albis, quaſi urceolatis nudis, ſpicatim uno verſu diſpoſitis, foliis oblongo-acuminatis acidis, capſula parva conica quinquepartita. *Clayt.*

Fructus ovatus calyci minimo inſidens pentagonus, apice truncatus, & fere pervius, quinquevalvis, quinquelocularis. Semina aceroſa.

ANDROMEDA foliis ovatis acutis crenulatis planis alternis, floribus racemoſis. *Linn. Hort. Cliff. p. 162. n. 1.*

Vitis Idæa Americana, longiori mucronato & crenato folio, floribus urceolatis racemoſis. *Plukn. Alm. n. 391.*

Ciſ-

Ciſtus Ledon ſ. Andromeda floribus parvis albis tubuloſis pendulis, in ſpica tenui uno verſu diſpoſitis, cortice glabro lucido. *Clayt. n.* 73.

ANDROMEDA foliis ovatis, pedunculis faſciculatis, capſulis pentagonis apice dehiſcentibus.
Arbuſcula Mariana brevioribus Euonymi foliis pallide virentibus, floribus Arbuteis ex eodem nodo plurimis, ſpicatim uno verſu prorumpentibus. *Plukn. Mant. p.* 25.
Vitis Idæa Mariana bullatis floribus amplis, uno verſu in ſpicam dependentibus. *Ejuſd. Ibid. p.* 188. *Tab.* 448. *f.* 6.
Ciſtus Ledon ſ. Andromeda humilior, floribus majoribus albis urceolatis pendulis, foliis amplis coriaceis ſplendentibus, capſula pentagona longiori & magis acuminata. *Clayt. n.* 30.

ARBUTUS foliis ovatis integris, petiolis laxis longitudine foliorum.
Pyrola repens foliis ſcabris, flore pentapetaloide fiſtuloſo D. Baniſter. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 596. *n.* 1.
Pyrolæ affinis Virginiana repens fruticoſa, foliis rigidis, ſcabritie exaſperatis, flore pentapetaloide fiſtuloſo. *Plukn. Alm. p.* 309. *T.* 107. *f.* 1.
Pyrolæ affinis repens fruticoſa, primo vere florens, flore carneo tubulato, ad oram in quatuor vel quinque ſegmenta expanſo, foliis latis oblongis ſcabris rigidis ſempervirentibus, plerumque fuſcis. Planta eſt humillima, nunquam a terra aſſurgens. *Clayt. n.* 250.

DIGYNIA.

SAXIFRAGA foliis radicalibus lanceolatis denticulatis, caule ſubnudo piloſo ramoſo, floribus confertis capitatis.
Saxifraga Penſilvanica, floribus muſcoſis racemoſis. *Dill. Hort. Elth. p.* 337. *T.* 253. *f.* 328.
Saxifraga alba, foliis caulibuſque hirſutis. *Clayt. n.* 304.

HYDRANGEA.
Anonymos floribus albis parvis, in umbella lata magna diſpoſitis, odoratis: foliis amplis acuminatis ſerratis, pediculis inſidentibus, ex adverſo binis, caule fruticoſo præalto non ramoſo, vaſculo parvo bicapſulari ſeminibus minutiſſimis repleto, duobus parvis filamentis ſeu corniculis recurvis coronato. *Clayt. n.* 79.
Frutex eſt ramis quadrangularibus, foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis, glabris, venis alternis gaudentibus, ſuperioribus ovatis. Ramos terminat corymbus compoſitus ex pedunculis oppoſitis, internodio foliorum longioribus, frequentiſſimis, iterum ac iterum brachiatis, ut corymbus evadat denſiſſimus Tini inſtar.

TRIGYNIA.

SILENE foliis quaternis.
Lychnis Caryophylleus Virginianus, Gentianæ foliis glabris, quatuor ex ſingulis geniculis caulem amplexantibus, flore amplo fimbriato. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. II. p.* 1895.
Lychnis plumaria alba, foliis ad genicula quatuor cruciatim poſitis, thecis florum tumentibus D. Baniſter. *Ejuſd. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 489. *n.* 72. *Plukn. Alm. p.* 233. *T.* 43. *f.* 4.
Lychnis floribus in ſummis caulibus albis pendulis, petalis pulchre fimbriatis, calycibus tumeſcentibus, foliis longis acuminatis, caulium genicula cruciatim ambientibus, vaſculo ſphærico inſtar baccæ. Datur hujus Varietas foliis ad nodos binis. *Clayt. n.* 245.

SILENE floribus faſciculatis, calycibus tomentoſis.
Lychnis floribus albis, foliis oblongis anguſtis hirſutis. *Clayt. n.* 300. *pl.* 3.

SILENE corymbo dichotomo, floribus pedunculatis, ramis alternis erectis, foliolis lanceolatis integerrimis.

Viſ-

Viſcago Americana noctiflora, Antirrhini folio. *Dill. Hort. Elth p. 422. T 313. f. 403.*
Lychnis noctiflora, flore extus atro-rubente, intus carneo, foliis caryophyllæis, caule viſcoſo. *Clayt. n.* 388.

* Alſine vulgaris, flore albo. *Clayt.*

* Alſine hirſuta, flore parvo albo. *Clayt.*

* Alſine maritima flore carneo, foliis Crithmi ſucculentis, ad nodos cruciatim poſitis, quorum duo ſemper reliquis longiora. *Clayt.*

PENTAGYNIA.

CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 173. *n.* 2.
Ceraſtium hirſutum minus, flore parvo. *Dill. Cat. Giſſ.* 80.
Myoſotis flore albo, foliis caulibusque hirſutis. *Clayt. n.* 342.

* Oxys flore luteo. *Clayt.*

* Oxys flore purpureo, ſapore acido inſignis. *Clayt.*

PENTHORUM.
Damaſonio Lugdunenſium ſive Plantagini aquaticæ ſtellatæ affinis, foliis Perſicariæ nonnihil ſimilibus, caule ligneo, floribus in ſpicam curvatam congeſtis: fructu è quinque thecis echinatis, ſtellatim quaſi diſpoſitis, compoſito. In umbroſis madidisque occurrit. *Clayt. n.* 158.
Caulis teres, herbaceus, pedalis, glaber. Folia lanceolata in petiolos deſinentia, acute ſerrata, alterna, pollicis longitudine, utrinque glabra. Summum caulem excipiunt racemi patentes tres, quatuor, quinque, recurvi ſimplices, ferentes ad latera flores plurimos ſeſſiles alternos, ſurſum ſpectantes; ex foliorum alis egrediuntur rami ſolitarii. Semina parum compreſſa. Facies plantæ ad Mercurialem accedit. Folia Perſicam referunt. Fructus figura quinque turrium. Night-ſhade *Noveboracenſibus.*

Claſſis XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

ASARUM foliis ſubcordatis petiolatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 178.
Aſarum Canadenſe. *Corn. C.* 11.
Aſarum aquaticum, foliis rotundis ſerratis non maculatis, calyce magno hirſuto. *Clayt. n.* 288.

* ASARUM calyce purpureo amplo, è terra paululum remoto, foliis glabris cordiformibus, albis maculis notatis. *Clayt.*

LYTHRUM foliis petiolatis.
Anonymos flore purpureo ringenti, galea bipartita, labio quadripartito, ſeminibus vaſculo incluſis, caule viſcoſo. Caulem habet tenerum & citiſſime marceſcentem, mane ſolummodò conſpicuum. *Clayt. n.* 418.
Folia *lanceolata*, *oppoſita*, *integerrima*. Caulis *pubeſcens viſcoſus*. Flos *ex ſingula ala ſolitarius*. Calyx *tubuloſus*, *oblongus*, *ventricoſus*, *ore obſoleto minimo ſexfido*. Petala *ſex*, *tenuia*, *oblonga*. Stamina *duodecim*, *ſex ad ſingulum latus*. Piſtillum *unicum*. Stigma *capitatum*.

LYTHRUM foliis oppoſitis, *floribus verticillatis*.
Lyſimachia purpurea Marilandica, Salicis foliis nullo ordine poſitis, floribus & fructu in foliorum alis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 504. *n.* 9.
Salicaria aquatica flore purpureo, ad genicula quaſi verticillatim poſito, foliis Salicis, caule fruticoſo. *Clayt. n.* 214.

* Salicaria flore luteo majori, foliis pluribus latioribus hirſutis, vaſculo quatuor foliolis, floris inſtar expanſis, inſtructo, in ſummis caulibus florens. *Clayt.*

* Salicaria parva aquatica repens, caule ſucculento glabro rubente, floribus ex alis foliorum egreſſis, dilute luteis, tetrapetalis, fugaciſſimis, vix conſpicuis, foliis rubentibus venoſis glabris lucidis, ad finem rotundis, ex adverſo binis, vaſculo folioſo in quatuor loculamenta diviſo. *Clayt.*

*Alia Ejuſdem Species aquatica erecta, caule rubente, foliis ad genicula binis, longis, anguſtis, Hyſſopi inſtar, flore tetrapetalo albo parvo, cito marceſcente, ad nodos poſito. Pericarpium habet calyce folioſo reconditum, & in tria loculamenta diviſum. *Clayt.*

DIGYNIA.

AGRIMONIA foliis omnibus pinnatis, fructu hiſpido. *Linn. Hort. Cliff. p.* 179.
Agrimonia officinarum. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 301.

Claſſis XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

CACTUS compreſſus articulatus ramoſiſſimus, articulis ovatis, fructu majore. *Linn. Hort. Cliff. p* 183. *n.* 15. Ficus Indica, folio ſpinoſo, fructu majore. *C. B. Pin.* 458. Opuntia flore magno ſpecioſo luteo, caulibus ſpinoſis, fructu purpureo. Prickly-Pear. *Clayt. n.* 99.

* PRUNUS ſylveſtris humilior, fructu rubro præcociori & minori, radice reptatrice. *Clayt.*

* PRUNUS ſylveſtris, fructu majore rubente. *Clayt.*

* CERASUS ſylveſtris, fructu nigricante in racemis longis pendulis Phytolaccæ inſtar congeſtis. *Clayt.*

DIGYNIA.

CRATÆGUS foliis ovatis repando-angulatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 187. *n.* 3.
Meſpilus ſpinoſa ſ. Oxyacantha Virginiana maxima. *Herman. Hort. Lugd. Bat.*
Meſpilus foliis Apii, fructu rubro parvo, ſpinis longis acutis. Cockſpur-Hawthorn. *Clayt. n.* 43.

PENTAGYNIA.

MESPILUS inermis, foliis ſubtus glabris obverſe ovatis.
Frutex Meſpilo affinis humilis, non ramoſus nec aculeatus, foliis alternis ſubrotundis, eleganter ſerratis, & ad apicem rotundis, flore & fructu Meſpilo ſylveſtri ſive Spinæ Albæ ſimilis. *Clayt. n.* 60. *&* 295.
Foliis ſubtus glabris obverſe ovatis differt a Sorbo Virginiana foliis Arbuti. Herman. Hort. Lugd. Bat.

MESPI-

MESPILUS inermis, foliis ovato-oblongis ſerratis, ſubtus tomentoſis.
Meſpilus Mariana mucronatis Pruni foliis læte virentibus, pomis longo pediculo innixis. *Plukn. Mant. p.* 130.
Meſpilus foliis oblongis mucronatis læte virentibus, ſubtus incanis, pomis parvis rubentibus dulcibus, racematim congeſtis. Currants. *Clayt. n.* 55.

*Frutex viminibus lentis infirmis, flore albo priori ſimillimo, foliis profunde ſerratis ſubtus albeſcentibus, fructu prioris, ſed non eduli. *Clayt.*

*Meſpilus Pruni foliis, ſpinis longiſſimis fortibus, fructu rubro magno. *Clayt.*

*Malus ſylveſtris, floribus odoratis. *Clayt.*

SPIRÆA foliis inciſis angulatis, floribus corymboſis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 190. *n* 1.
Spiræa Opuli folio. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 618.
Spiræa floribus albis, foliis Opuli. *Clayt. n.* 302.

FILIPENDULA foliis ternatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 191. *n.* 1.
Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo D. Baniſter. *Plukn. Alm. p.* 392 *T.* 236. *f.* 5.
Ulmaria Ipecacuanha hîc dicta, floribus albicantibus rubro variegatis pentapetalis, in paniculam tenuem ſummitate caulium congeſtis, foliis oblongis acuminatis rugoſis ſerratis alternis, in uno pediculo ternis, caule ramoſo glabro atro-rubente. Ipecacuanha/or Indian Phyſick. *Clayt. n.* 290.

POLYGYNIA.

*ROSA canina ſylveſtris inodora, Cynosbatos. *Clayt.*

*ROSA ſylveſtris, foliis odoratis. Sweet Bryar. *Clayt.*

*RUBUS Idæus, fructu nigro. *Clayt.*

*RU-

*RUBUS Idæus magis erectus, ſpinis mitioribus, fructu nigro, ex acinis minoribus compoſito. *Clayt.*

*RUBUS Idæus caulibus procumbentibus, fructu nigro e tribus quatuorve acinis amplis compoſito. *Clayt.*

*FRAGARIA vulgaris. *Clayt.*

*Pentaphyllum vulgare. *Clayt.*

GEUM floribus erectis, fructu globoſo, ſeminum cauda uncinata nuda. *Linn. Hort. Cliff. p.* 195. *n.* 1. *Var.* β. Caryophyllata Virginiana albo flore minore, radice inodora. *Herman. Hort. Lugd. Bat. Clayt. n.* 199.

Claſſis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

* NYMPHÆA alba, flore pleno odorato. *Clayt.*

CHELIDONIUM pedunculis unifloris. *Linn. Hort. Cliff. p.* 201. *n.* 1.
Glaucium flore luteo. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 254.
Glaucium maritimum, flavo flore, foliis longis hirſutis craſſis mollibus, ad coſtam uſque varie inciſis, ſiliqua longa magna fungoſa bivalvi, duas ſeminum ſeries continente. *Clayt. n.* 276.

SANGUINARIA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 202.
Sanguinaria minor, flore ſimplici. *Dill. Hort. Elth. p.* 335. *T.* 252. *f.* 327.
Sanguinaria flore ſimplici ſpecioſo albo, decem vel pluribus petalis in orbem poſitis conſtante, in uno caule unico: foliis glaucis varie angulatis, vaſculo unicapſulari, radice tuberoſa, exterius obſcure rubente, intus aurantii coloris. Omnes plantæ partes, præcipue radix, ſucco ſaturate aureo ſcatent, quem Indi Puccoon vocant. Primo vere floret. *Clayt. n.* 247.

PODOPHYLLUM. *Linn. Hort. Cliff. p.* 202.
Anapodophyllon Canadenſe Morini. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 239. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 24.
May-apple. *Clayt. n.* 255.

ACTÆA racemis longiſſimis.
Chriſtophoriana Americana procerior & longius ſpicata. *Dill. Hort. Elth. p.* 79. *T.* 67. *f.* 78.
Anonymos foliis Chriſtophorianæ fœtidis, planta alta, magna, rudimentis florum ſpicatim diſpoſitis. Nec flores perfectos, nec ſemen unquam vidi. *Clayt. n.* 305.

Black or Wild-Snake-root *Novanglicanis. De viribus confer Act. Phil. Lond. Vol. 20. n. 246. pl. 41.*

* TILIA foliis majoribus mucronatis. *Clayt.*

EUPHORBIA procumbens, ramulis alternis, foliis lanceolato-linearibus, floribus ſolitariis.
Tithymalus ſ. Peplis Marilandica, foliis oblongis obtuſis, binis oppoſitis, pediculis donatis, ramulis alternis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p. 431.*
Eſula puſilla maritima, nunc erecta, nunc ſupina, foliis anguſtis albicantibus. *Clayt. n. 152.*

EUPHORBIA inermis, foliis lanceolatis obtuſis alternis, ramis floriferis dichotomis, petalis maximis ſubrotundis.
Tithymalus flore albo, ſtaminibus aureis, caule rubente in plurimos ramulos regulariter diſpoſitos ad cacumen divaricato, foliis oblongis glaucis. *Clayt. n. 155.*
Notabilis eſt hæc Species petalis, quæ adeo diſtincta ſunt a calyce, ac unquam corolla Lini a ſuo perianthio; eaque ſunt alba, tenuiſſima, decidua, omnium fructificationis partium maxima. Hinc forſan peltæ gibbæ carnoſæ & obtuſæ in multis Euphorbiæ ſpeciebus obviæ, a veris petalis nihil differunt.
In Phytophylacio Collinſoniano datur altera Species foliis oppoſitis, caule nudo.

EUPHORBIA inermis foliis ovalibus oppoſitis ſerratis uniformibus, ramis alternis, caule erecto. *Linn. Hort. Cliff. p. 198. n. 15.*
Eſula flore albo, foliis atro-purpureo notatis, fructu tricocco. *Clayt. n. 450.*

* Tithymalus flore flavo, foliis plurimis Salicis, caule in ſummitate ramoſo. *Clayt.*

* Tithymalus flore exiguo viridi, apicibus flavis, antequam folia emittit, florens: foliis glabris acuminatis, ad cordis formam accedentibus, nervoſis, rigidis, radicibus albis reptatricibus. Nonnullis Ipecacuanha. *Clayt.*

* Aca-

* Acacia triacanthos, ſiliquis latis fuſcis, pulpa vireſcente ſubdulci. Honey-locuſt. *Clayt.*

PORTULACA foliis cuneiformibus verticillatis ſeſſilibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 207.
Portulaca anguſtifolia, ſive ſylveſtris. *C. B. Pin.* 288.
Portulaca anguſtifolia, floribus luteis. *Clayt. n.* 410.

TRIGYNIA.

RESEDA foliis lanceolatis, caule ſimpliciſſimo.
Anonymos floribus albis, ſpicatim denſe ſtipatis, caule ſingulari, foliis Plantagineis humi ſtratis, vaſculo tricapſulari, radice magna tuberoſa contorta. vulgo Rattle-Snake-root. In pratis Majo floret. *Clayt. n.* 299.
Differt a Luteola vulgari, quod caules ramis careant, ſpicaque ſit denſior, ſæpiusque ſpithamæa alba, & quod flores conſtent ſex petalis, coëuntibus ad baſin in unum corpus. Piſtilli & calycis ſignum reperire non licuit.

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA corolla ſimplici, nectariis fere rectis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 215.
Aquilegia pumila præcox Canadenſis. *Corn. C.* 25.
Aquilegia floribus rubentibus, foliis dilute viridibus. *Clayt. n.* 338.

MELANTHIUM foliis linearibus integerrimis longiſſimis, floribus paniculatis.
Nigella flore obſolete flavo, ſemine alato, foliis gramineis. *Clayt. n.* 422.
Planta eſt pedalis, bipedalis, aut altior, caule tereti culmi inſtar. Folia graminea, hordei vel tritici, longa, tenuia, debilia, integerrima, fibris longitudinalibus inſignita. Summo cauli inſidet Panicula flores ferens innumeros, ſed omnes fœmininos. Hinc datur procul dubio Planta flores ferens maſculos.

Singulo flori ſunt petala quinque, ovato-lanceolata, ungui tenui lineari (petalo dimidio longiori) affixa. Ad baſim petali latere interiore conſpicitur macula cordata, & ubi unguis petali intrat ipſum petalum ad maculam cordatam, exſurgit Filamentum erectum ſetaceum, vix longitudine petali, colore fuſcum. Germen eſt trigonum. Styli tres, diſtincti, incurvi. Stigmata obtuſa. Capſula trilocularis, triangularis, ovata, angulis compreſſis. Semina oblonga, membranacea, & compreſſa. Calyx nullus. Corolla perſiſtit ad maturitatem fructus. Hinc differt a Nigella, uti Ranunculus ab Helleboro. Facies quidem Nigellæ eſt, quoad ipſam Corollam, ſed Nectariorum abſentia, ſexus diverſitas, & folia linearia diverſum expoſcere videntur genus, quod Melanthii *nomine inſcribo, antiquo Nigellæ ſynonymo, cum flos in medio ob maculas cordatas nigricans appareat.*

Virginian Ivy. *Clayt. n. 25.*

CAL. *Perianthium pentaphyllum, germini inſidens, coloratum, foliis lineari-lanceolatis, petalis anguſtioribus, vix brevioribus, deciduum.*

COR. *Petala quinque, lanceolata, æqualia, patentia.*

STAM. *Filamenta numeroſa, viginti vel plura, corollâ breviora. Antheræ ſubrotundæ, erectæ.*

PIST. *Germen turbinatum, ſub receptaculo floris. Styli quinque, coaliti, breviſſimi. Stigmata obtuſa.*

PER. . .

SEM. . .

Folia oppoſita, petiolata, ovata, glabra, ſuperne ſerrata. Ramos excipit corymbus ex pluribus minoribus corymbulis oppoſitis compoſitus. Flores albi. Caulis ſcandit, radiceſque exſerit Hederæ inſtar, quibus arboribus adhæret.

POLYGYNIA.

LIRIODENDRUM. *Linn. Hort. Cliff. p. 223.*
Tulipifera arbor Virginiana. *Herman. Hort. Lugd. Bat.*
Poplar vulgo. *Clayt. n. 16.*

MA-

MAGNOLIA foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 222.
Magnolia Lauri folio, ſubtus albicante. *Dill. Hort. Elth. p.* 207. *T.* 168. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. p.* 39. Swamp-Laurel. *Clayt. n.* 34.

MAGNOLIA flore maximo albo fœtido, foliis deciduis amplis, florem ad ramulorum ſeriem ſphærice cingentibus, fructu majori. Umbrella-tree. *Clayt. n.* 24.
Magnolia altiſſima Lauroceraſi folio, flore ingenti candido. *Cateſb.*

MAGNOLIA flore albo, folio majori acuminato, ſubtus haud albicante. *Clayt. n.* 404. Magnitudine & craſſitie ſpecies omnes ſuperat. *Id.*
?Tulipifera arbor Floridana, Lauri longe amplioribus ſplendentibus & denſioribus foliis, flore majore albo. *Cateſb.*

ANONA foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 222.
Annona Indica, fructu conoide viridi, ſquamis veluti aculeato. *Plukn. Alm. p.* 32. *T.* 135. *f.* 2.
Frutex floribus pentapetalis campanulatis flaveſcentifuſcis, foliis longis acuminatis alternis, ramulis lentis, fructu magno carnoſo, pulpa molli fœtida repleto (duobus vel tribus plerumque ſimul junctis) in cellulas quaſi transverſim partito, unaquaque ſemen unicum latum magnum lucidum continente. Papaw-tree. *Clayt. n.* 58.

HEPATICA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 223.
Hepatica trifolia flore cœruleo. *Cluſ. Hiſt. p.* CCXLVII.
Hepatica trilobata verna, flore cœruleo, foliis ferrugineis. *Clayt. n.* 328.

*ANEMONE flore unico albo, foliis Ranunculi. *Clayt.*

CLEMATIS foliis pinnatis, foliolis cordatis inæqualiter inciſo-crenatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 225. *n.* 4.
Clematitis ſylveſtris latifolia. *C. B. Pin.* 300.
Clematitis aquatica trifoliata, late ſcandens, floribus albis odoratis. *Clayt. n.* 270.

CLEMATIS erecta humilis, non ramoſa, foliis ſubrotundis, flore unico ochroleuco. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg. Plukn. Mant. p.* 51. *T.* 379. *f.* 5.
Clematitis ſylveſtris, flore cœruleſcente erecto, petalis ad oram reflexis, foliis amplis latis mollibus, ex adverſo ad ſingulos nodos absque pediculis binis (interdum ternis) muricatis, caule haud ramoſo. *Clayt n.* 296.
? Clematis foliis ſimplicibus lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 225. *n.* 1.

CLEMATIS foliis compoſitis & decompoſitis, foliolis quibuſdam trifidis.
Flammula ſcandens, flore coriaceo clauſo. *Dill. Hort. Elth. p.* 144. *T.* 118. *f.* 444.
Clematitis flore purpureo. *Clayt. n.* 411.

THALICTRUM caule unifloro, ex eodem puncto foliis quatuor ſimplicibus inſtructo.
Anonymos flore ſingulari albo nudo hexapetalo, petiolo longo tenuiſſimo inſidenti, foliis ſemper quatuor, Aquilegiæ nonnihil ſimilibus, pediculis longis tenuibus inſidentibus. Hujus fructum nunquam vidi. *Clayt. n.* 294.

THALICTRUM caule paniculato, ſeminibus pedunculatis, ſtylis germine longioribus.
Thalictrum flore albo, foliis Aquilegiæ, caule glabro flaveſcente. *Clayt. n.* 266.
Germina, ubi Corolla deſinit, reflectuntur ſtylis filiformibus longis inſtructa, quæ tranſeunt in ſemina obverſe-ovata triangularia, deſinentia in pedicellos, ſtylos tandem demittentia. Caulis ramoſiſſimus, & rami ſinguli paniculati absque ullis foliolis ad pedunculorum exortum.

RANUNCULUS fructu oblongo, foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 230. *n.* 42.
Ranunculus Apii folio lævis. *C. B. Pin.* 108. *Clayt. n.* 405.

* RANUNCULUS vernus pratenſis vulgaris, flore flavo. *Clayt.*

* Populago aquatica, floribus ſpecioſis luteis, foliis longis ſerratis. *Clayt.*

HELLEBORUS caule inferne anguſtato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 227. *n.* 1.
Helleborus niger fœtidus. *C. B. Pin.* 185.
Helleborus niger, flore viridi ad oram dilute purpureo, foliis digitatis, pediculis alatis. *Clayt. n.* 323.

Claſſis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

TEUCRIUM foliis ſimpliciter trifidis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 301.
Chamæpitys lutea vulgaris, ſive folio trifido. *C. B. Pin.* 249.
Chamæpitys vulgaris, flore flavo. *Clayt. n.* 443.

TEUCRIUM foliis lanceolatis ſerratis petiolatis, floribus ſolitariis.
Scorodonia, ſeu potius Scordium flore rubente, foliis longis rugoſis, forma Salviæ ſimilibus, ſubtus incanis, odore Allii præditis, radice reptatrice. *Clayt. n.* 135.

TEUCRIUM foliis ovatis, inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis, racemis terminatricibus.
Scorodonia flore rubente, foliis Urticæ profunde ſerratis, pediculis longis inſidentibus. *Clayt. n.* 117.

TRICHOSTEMA.
Moldavica Meliſſa foliis oblongis mollibus, floribus violaceis, ex alis foliorum, pediculis longis inſidentibus, odore grato reſinoſo. Hujus datur Varietas foliis ſemper anguſtioribus. *Clayt. n.* 177.

THYMUS foliis ovatis acuminatis ſerratis, corymbis lateralibus terminatricibuſque pedunculatis.
Chamædrys verna odoratiſſima. *Baniſt.*
Calamintha Mariana mucronatis rigidioribus & crenatis foliis, floſculorum calyculis villis argenteis ſummo margine fimbriatis. Dittany. h. Dictamnus vulgo. *Plukn. Mant. p.* 35. *T.* 344. *f.* 2.

Ca-

Calamintha erecta Virginiana, mucronato folio glabro, Pulegium Virginianum quibuſdam, aliis Dictamnus Virginianus dicta. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 413. *T.* 19. *f.* 7.
Calamintha autumnalis, flore purpureo, foliis latioribus odoratis. *Clayt. n.* 197.
Calyx interne tomentoſus eſt, ac tomento clauditur.

CLINOPODIUM foliis linearibus acuminatis, capitulis terminatricibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 305. *n.* 3.
Satureja Virginiana. *Herman. Par. Bat. p.* 218.
Clinopodium foliis parvis anguſtis, vix odoratis, floribus albicantibus, in umbellis ſphæricis ad caulis finem collectis, caule infirmo. *Clayt. n.* 141.

CLINOPODIUM foliis lanceolatis, capitulis terminatricibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 305. *n.* 2.
Clinopodium Amaraci folio, floribus albis, Virginianum. *Plukn. Alm. p.* 110. *T.* 85. *f.* 2.

* CLINOPODIUM foliis Roriſmarini multis, floribus albis purpureo-maculatis, in umbellis latioribus ad caulis finem denſe coactis. *Clayt.*

ORIGANUM foliis ovatis, ſpicis laxis erectis confertis, paniculatim digeſtis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 305. *n.* 5.
Origanum ſylveſtre. *C. B. Pin.* 223.
Origanum rotundifolium, floribus purpuraſcentibus, caule ſupino. *Clayt. n.* 310.

MELISSA floribus ex alis ſuperioribus, pedunculo dichotomo, caule procumbente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 308.
Calamintha Pulegii odore, ſeu Nepeta. *C. B. Pin.* 228.
Calamintha præalta, odore gravi, foliis leviter dentatis, flore pallide cœruleo e longo pediculo prodeunte. *Clayt. n.* 198.

NEPETA floribus interrupte ſpicatis pedunculatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 310. *n.* 1.

Cataria major vulgaris. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 202.
Nepeta folio Meliſſæ graveolens, floribus pallide cœruleis. *Clayt. n.* 437.

NEPETA caule acute quadragono. *Linn. Virid. Hort. Cliff. p.* 58.
Brunella bracteis lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 316.
Betonica maxima folio Scrophulariæ, floribus incarnatis. *Herman. Par. Bat.*
Betonica alba fruteſcens, floribus dilute flavis, in ſpicas longas denſiſſime ad ramulorum finem ſtipatis. *Clayt. n.* 168.

*Pulegium erectum, odore vehementi, flore violaceo, radice nequaquam reptatrice. *Clayt.*

LAMIUM foliis floralibus ſeſſilibus, amplexicaulibus obtuſis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 314. *n.* 1.
Lamium folio caulem ambiente, minus. *C. B. Pin.* 231.
Galeopſis ſive Lamium rubrum, primo vere florens, flore rubro, Chamæciſſi folio fœtido. *Clayt. n.* 331.

STACHYS foliis lanceolatis ſeſſilibus, baſi attenuatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 310. *n.* 7.
Sideritis vulgaris, hirſuta, erecta. *C. B. Pin.* 233.
Galeopſis floris galea rubente, labello pallido purpureis lineis intus notato, foliis oblongis ſerratis acuminatis, ſpinulis obſitis, inferioribus pediculis inſidentibus. *Clayt. n.* 271.

*MARRUBIUM foliis rugoſis tomentoſis, flore albicante. *Clayt.*

LEONURUS foliis caulinis lanceolatis trilobis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 313. *n.* 4.
Marrubium Cardiaca dictum. *C. B. Pin.* 230.
Cardiaca floribus carneis, verticillis quaſi lanatis. *Clayt. n.* 26.

BRU-

BRUNELLA bracteis cordatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 316. *n.* 1.
Brunella major, folio non diſſecto. *C. B. Pin.* 260.

BRUNELLA ſylveſtris autumnalis, floribus dilute purpureis, capitulis denſe ſtipatis. *Clayt. n.* 170.
Prunella glabra, flore cœruleo, major. *Baniſt.*
Brunella major Mariana flore amplo cœruleo. *Plukn. Mant. p.* 33.

SCUTELLARIA foliis ovato-lanceolatis petiolatis, racemis folioloſis.
Scutellaria paluſtris, repens, Virginiana major, flore minore. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 416. *n.* 7.
Caſſida aquatica, flore minimo pallide cœruleo, foliis Veronicæ. *Clayt. n.* 280.

SCUTELLARIA foliis integerrimis.
Scutellaria cœrulea Virginiana glabra, Lamii aut potius Teucrii folio, minor. *Plukn. Alm. p.* 338. *T.* 313. *f.* 4.
Scutellaria Teucrii folio Marilandica. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 310. *n.* 1.
Caſſida flore variegato, foliis longis anguſtis. *Clayt. n.* 105.

* Caſſida flore violaceo, Betonicæ foliis. *Clayt.*

* Caſſida flore albo, Hyſſopi folio. *Clayt.*

ANGIOSPERMIA.

ANTIRRHINUM caule ſimpliciſſimo longiſſimo, foliis caulinis linearibus, ſtolonum procumbentium lanceolatis minimis.
Linaria caule ſimplici, floribus violaceis, foliis Lini. *Clayt. n.* 256.

ANTIRRHINUM foliis alternis haſtatis. *Linn. Hort. Cliff. p. 323 n. 3.*
Linaria minima, hirſuto folio acuminato, in baſi auriculato, flore luteo minimo. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. II. S. V. p. 503.*
Elatine. *Clayt. n. 435.*

PEDICULARIS foliis lanceolatis pinnatifidis ſerratis, floribus pediculatis.
Digitalis Mariana Filipendulæ folio. *Pet. Act. Phil. Lond. n. 246. p. 405. n. 50.*
Digitalis Verbeſinæ foliis e regione binis, Americana, capſularum apicibus longiſſimis filamentis donata. *Plukn. Mant. p. 64.*
Anonymos fruteſcens, floribus amplis luteis longis tubulatis, ad oram quinquefariam diviſis, Digitali ſimilibus, odore Leucoji lutei, calycibus foliaceis, foliis parvis Filipendulæ inſtar inciſis, viſcoſis, adverſis, vaſculo oblongo nigro acuminato, bicapſulari, ſeminibus parvis nigris fœto. An Digitalis lutea altera foliis tenuius diſſectis, thecis florum foliaceis Baniſteri? Digitalis Virginiana, foliis Rutæ caninæ diviſuris, floribus amplis ex luteo palleſcentibus. *Plukn. Mant. p. 64. Clayt. n. 192.*

* Anonymos flore ſpecioſo rubro, Prioris etiam, ut & Digitalis inſtar foliis parvis anguſtis integris, caulibus infirmis, ſæpe procumbentibus, vaſculo minore rotundo bicapſulari. *Clayt.*

PEDICULARIS caule ſimplici, floribus capitatis, foliis pinnatifidis crenulatis.
Pedicularis Virginiana Filicis folio, flore ochroleuco. *Plukn. Alm. p 283.*
Pedicularis minor. *Dill. Cat. Giſſ. p. 61. & App. p. 40.*
Pedicularis verna Filicis folio, flore purpuraſcente. *Clayt. n. 252.*

BARTSIA foliis alternis. *Linn. Hort. Cliff. p. 325. n. 1.*

Hor-

Horminum tenui Coronopi folio Virginianum. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S XI. p. 395. n. 27.*
Clandeſtinæ Tournefortii vel Lathreæ Linnæi affinis, flore pallido tenui membranaceo, in capitulum congeſto, perianthio longo viridi, ad finem coccineo, occultato, cui ſubeſt folium tripartitum, primo viride, poſtea ad finem etiam coccineum. Labium ſuperius floris longum fornicatum, inferius breve tripartitum, vix conſpicuum. Capſula ſubrotunda, obtuſa, bilocularis, bivalvis, elaſtice in duas partes dehiſcens, ſemina minima lucida propellens. *Clayt. n. 293.*

Lyſimachia galericulata ſ. Gratiola elatior non ramoſa, flore majori cœruleo, intus luteo notato, galea bifida, reflexa Aſarinæ inſtar, labio tripartito, e foliorum alis unico, pediculo brevi inſidente egreſſo: foliis oblongis, acuminatis, ſerratis, adverſis: calyce monophyllo, integro, tubulato, canaliculato, ad oram in quinque ſegmenta leviter inciſo: caule glabro, ſucculento, quadrato, fragili. Locis madidis gaudet. *Clayt. n. 130.*

Calycis ſtructura eſt ſingularis, eâque differt non modo a Pediculari, ſed & ab omnibus plantis Corolla ringente præditis.

CAL. *Perianthium monophyllum, tubulatum, infundibuliforme, quinquedentatum, pentagonum, denticulis fere æqualibus, quorum tres ſuperiores, perſiſtens.*

COR. *monopetala, ringens. Tubus longitudine calycis. Labium ſuperius ſemibifidum, reflexum; Labium inferius tripartitum, laciniis ſubrotundis.*

STAM. *Filamenta quatuor, tubo adnata, quorum duo longiora. Antheræ cordatæ, obtuſæ.*

PIST. *Germen ovato-oblongum, compreſſum. Stylus filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. Stigmata duo, obtuſa, depreſſa.*

PERIC. *Capſula calyce recondita, ovato-oblonga, bilocularis.*

SEM. *plurima.*

Folia ſunt lanceolato-ovata, profunde ſerrata, lævia, petiolata. Caulis tetragonus. Flores laterales ſolitarii pedunculo brevi inſidentes. Euphraſia Pluknetii Tab. 393. f. 3. ad hanc referenda videtur.

Dentariæ ſive Anblato Cordi affinis, flore pallide cœruleo, galea bifida, laciniis acutis ſurſum ſpectantibus, labio trifido, in caulis faſtigio unico, calyce tumeſcente hirſuto, obſolete rubente, in quinque acutas lacinias fiſſo, caule ſingulari tenui hirſuto aphyllo. Planta eſt rariſſima, Majo florens. *Clayt. n.* 387.

Radix teres, ſquamas aliquot emittens, producit vaginam ſpathaceam (quam Pluknetius Tab. 348. *n.* 3. *plane neglexit.) Ex hac oritur ſcapus ſpithamæus, filiformis, nudus, erectus, apice florem ſuſtentans cernuum.*

CAL. *Perianthium monophyllum, ſemi quinquefidum, erectum, laciniis acuminatis, perſiſtens.*

COR. *monopetala, calyce duplo longior, incurva, tubuloſa, inferne ventricoſa, limbo erecto: Labio ſuperiore bifido, inferiore trifido, laciniis omnibus fere æqualibus.*

STAM. *Filamenta quatuor, ſetacea, corollæ adnata, eâque breviora, quorum duo ſuperiora reliquis breviora. Antheræ ſubrotundæ, ad baſim bifidæ.*

PIST. *Germen ovatum, acuminatum. Stylus filiformis, arcuatus. Stigma bipartitum, oblongum, reflexum, laciniis marginatis.*

PERIC. *Capſula ovato-oblonga, bivalvis, calyce longior, receptaculis ſeminum quaternis, longitudinaliter adnatis.*

SEM. *numeroſiſſima, minutiſſima.*

CHELONE foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis, ſummis quaternis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 493.
Chelone Acadienſis flore albo. *Tourn. Act. Reg. Par.* 1706.
Chelone flore albo, in ſummo caule diſpoſito, foliis longis in acumen deſinentibus, ex adverſo absque pediculis binis. In aquis & paluſtribus autumno floret. *Clayt. n.* 10.

Digitalis Mariana Perſicæ folio. *Pet. Act. Phil. Lond. n.* 406. *p.* 405. *n.* 49.
Arbor Guainumbæ aviculæ. the Humming-Bird-tree. *Joſſelin in Rar. Nov. Angl. Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 397. *n.* 8.
Digitalis Mariana ſerratis denſioribus rigidis & anguſtis foliis, ſemine Fegopyri. *Plukn. Mant. p.* 64. *T.* 348. *f.* 1.

Che-

Chelone floribus ſpecioſis pulcherrimis colore Roſæ damaſcenæ. *Clayt. n.* 274.

SCHWALBEA.

Schwalbea flore atro-rubente inferne tubulato, ſuperne in duo labia diviſo, quorum ſuperius integrum & fornicatum, inferius tripartitum: foliis mollibus hirſutis alternis, ad alam florifera: caule ſimplici non ramoſo. Majo floret. *Clayt. n.* 33.

Caulis *ſimplex, non ramoſus, erectus, pubeſcens, tetragonus.* Folia *lanceolata, pubeſcentia.* Flores *ex ſummis alis alterni, ſeſſiles, calyce pubeſcente ſtriato:* Corolla *atro-rubens, inclinata. Planta a Pluknetio depicta Tab.* 348. *fol.* 73. *pl.* 2. *huic accedit.*

DIODIA.

Anonymos aquatica procumbens & repens, foliis ad nodos binis anguſtis rigidis; caule rubente glabro ſucculento, floribus nudis albis, tubuloſis, ad oras in quatuor ſegmenta diviſis. Ex alis foliorum flos ſingulus egreditur, inſidens fructui biloculari, ſingulo loculo continente ſemen unicum durum, grani tritici æmulum, & coronatum. Aquoſa amat loca. *Clayt. n.* 277.

Deſcriptioni in Hort. Cliff. p. 493. *traditæ add.*

Caulis *tetragonus. Ex alis inferioribus rami ſolitarii alternatim prodeunt.* Corolla *parva, alba.* Facies *Melampyri.*

SCROPHULARIA foliis cordatis oppoſitis, racemo terminatrici. *Linn. Hort. Cliff. p.* 322. *n.* 1.

Scrophularia Marilandica, longo profunde ſerrato Urticæ folio. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 396. *n.* 14.

Scrophularia floris tubo brevi, viridi, tumeſcente, galea etiam viridi reflexa, labello ferrugineo bifido; foliis latis, acuminatis, ſerratis, adverſis, pediculis longis, & inter ſe contrariis inſidentibus, odore Sambuci præditis. *Clayt. n.* 220.

Anonymos flore pallide cœruleo Digitalis inſtar in ſummis caulibus diſpoſito; foliis villoſis acuminatis atro-virentibus,

bus, ex adverſo abſque pediculis binis, fœtidis; caule hirſuto duro nigricante, vaſculo parvo conico bicapſulari. Majo floret. Digitalis flore pallido tranſparenti, foliis & caule molli hirſutie imbutis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg. Clayt. n.* 39.

Digitalis Virginiana, Panacis Coloni foliis, flore amplo palleſcente. *Plukn. Mant. p.* 64.

CAL. *Perianthium quinquepartitum, erectum, laciniis lanceolato-linearibus.*

COR. *monopetala, oblonga. Tubo patente, declinato: limbo erecto: labio ſuperiore emarginato, inferiore trifido, interne barbato.*

STAM. *Filamenta quinque, quorum quatuor filiformia, longitudine fere corollæ, declinata, eorumque duo breviora. Antheræ incumbentes, oblongæ, in medio coarctatæ. Filamentum quintum ſub labio ſuperiore inſertum verſus ſummitatem, hinc barbatum, longitudine reliquorum, ſed caſtratum.*

PIST. *Germen ovatum, acutum. Stylus filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. Stigma obtuſum.*

PERIC. *Capſula ovata, glabra, calyce duplo longior, acumine rigido terminata, bilocularis.*

SEM. *numeroſa, minima.*

Notari meretur Stamen quintum, quo ſe non tantum a Digitali, Seſamo, ſed & ab omnibus Didynamiæ plantis diſtinguit.

Quæritur, num huc referenda ſit

Digitalis rubra minor, labiis florum patulis, foliis parvis anguſtis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*

Digitalis Virginiana rubra, foliis & facie Antirrhini vulgaris. *Plukn. Mant. p.*65. *T.*388. *f.* 1.

Huic Folia linearia, oppoſita. Rami oppoſiti. Calyces monophylli, quinquedentati, minimi. Capſulæ globoſæ, calyce minores. Corolla verò Bignoniæ potius. Quantum ex ſpeciminibus Collinſonianis obſervare licuit, dantur hujus plurimæ varietates, quoad magnitudinem Corollæ, ejuſque colorem, ramulorum diſtantiam, ac poſitionem.

BI-

BIGNONIA foliis pinnatis, foliolis inciſis, geniculis radicatis. *Linn. Hort. Cliff. p. 317. n. 4.*
Bignonia Fraxini foliis, flore coccineo minore. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. Tab. 65.*
Bignonia ſcandens, arboreſcens, flore ſpecioſo croceo, foliis Fraxini. *Clayt. n. 225.*

BIGNONIA ſcandens, flore atro-flavo minori ſubtus albicante, variis lineis notato; foliis oblongis, acuminatis, non pinnatis, quinis (an non *binis*), caule capreolis donato, ſiliqua longa lata compreſſa. *Clayt. n.* 100.
Bignonia latifolia ſcandens. *Plum.*

RUELLIA foliis petiolatis, fructu ſeſſili conferto. *Linn. Hort. Cliff. p. 318. n. 1.*
Ruellia ſtrepens, capitulis comoſis. *Dill. Hort. Elth. p.* 300. *T.* 240. *f.* 321.
Ruelliæ Species flore amplo cœruleo inferne tubulato, ſuperne in quinque ſegmenta expanſo, cito marceſcente, in ſummo caule & ad nodos florens, foliis oblongis hirſutis ſerratis ex adverſo binis, vaſculo longo rotundo, bicapſulari, ſemine compreſſo. *Clayt. n. 85. & 98.*

* Hujus Species humilior flore rubente, & Varietas flore albo. *Clayt.*

RUELLIA pedunculis ſolitariis unifloris, longitudine foliorum.
Lyſimachia galericulata ſ. Gratiola puſilla aquatica, flore pallide cœruleo tubulato, ad oram in duo labia fere ſibi mutuo conjuncta diviſo, galea bifida, labio tripartito, e foliorum alis unico, petiolo longo tenui pendulo inſidente, egreſſo; calyce in quinque acuta ſegmenta ad unguem fere fiſſo; foliis parvis leviter crenatis Anagallidis ſimilibus, pediculis carentibus, ex adverſo binis: vaſculo oblongo, per maturitatem in duas partes ab apice ad imum ſponte dehiſcente, ſemina multa minutiſſima placentæ mediæ adhærentia continente: caulem habet glabrum quadratum fragilem, nonnunquam ramoſum & flagella emittentem. Julio & Auguſto floret. *Clayt. n.* 164.

Anonymos floribus flavis ſpecioſis Digitali æqualibus, e foliorum alis abſque pediculis ſingulis egreſſis, longis tubulatis, ad oram in quinque rotunda ſegmenta expanſis, foliis oblongis integris acuminatis adverſis, caulibus lentis ligneis, capſula Digitalis. Videtur eſſe Digitalis lutea elatior Jaceæ nigræ foliis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg. Clayt. n.* 9.

* Hujus datur alia Species, quæ omnibus notis convenit, exceptis foliis, quæ Quercus in modum diviſa ſunt. *Clayt. an Plukn. T.* 389. *f.* 1.

Binæ poſteriores ſpecies Ruelliæ potius, quam Digitali accenſendæ videntur.

OBULARIA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 323.
Orobanche Virginiana radice fibroſa, ſummo caule foliis ſubrotundis. *Plukn. Alm. p.* 273. *T.* 209. *f.* 6.
Anonymos humilis Aprili florens; floribus pallide rubentibus, in ſummitate caulis inter folia congeſtis: foliis brevibus, extremitate latis, ſubtus purpureis. *Clayt. n.* 286.

Cortuſæ ſive Verbaſci Species caule non ramoſo, floribus violaceis infundibuliformibus quinquefariam ad oram diviſis, in ſummitate caulis in ſpicam tenuem diſpoſitis: foliis villoſis rugoſis oblongis acuminatis, ad margines ſerratis, ex adverſo binis: capſulæ calycibus quinquefidis occultantur, & in duo loculamenta Verbaſci inſtar dividuntur. *Clayt. n.* 142.

CAL. *Perianthium monophyllum, tubuloſum, decem angulis præditum, ore quinquedentato fere æquali, perſiſtens.*

COR. *monopetala ringens. Tubus cylindraceus, calyce duplo longior. Limbus patens, labio ſuperiore bipartito reflexo, laciniis linearibus: labio inferiore reflexo tripartito, laciniis ut in lab ſup.*

STAM. *Filamenta quatuor minima, in medio tubi. Antheræ incumbentes.*

PIST. *Germen ovatum. Stylus longitudine ſtaminum. Stigma obtuſum.*

PERIC.

PERIC. *Capſula ovata calyce tecta, eâque paulo longior, quatuor ſulcis notata, lateralibus excavatis, perpendicularibus prominulis, bivalvis, diſſepimento transverſim poſito, apice perpendiculariter bifariam dehiſcens.*

SEM. *numeroſa, omnium minima, angulata, adnata diſſepimenti medio.*

Caulis *erectus teretiuſculus, minus ramoſus.* Folia *oppoſita oblonga, inferiora obtuſiora latiora, ſuperiora anguſtiora acutiora longiora & magis lanceolata, omnia ſcabra & ſuperne acute ſerrata.* Caulis *ſuperior pars deſinit in ſcapum fere ſpithamæum, cui alternatim adnaſcuntur flores ſeſſiles erecti, in ſummitate magis conferti, ac in ſpicam digeſti.*

Facie refert Lyſimachiam Pluknetii Tab. 428. f. 4. In Phyphylacio Collinſoniano datur ſpecimen Floribus oppoſitis.

* VITEX floribus cœruleis. *Clayt.*

CAPRARIA foliis integerrimis.

Scoparia foliis tenuiſſimis, in plurimos & tenuiſſimos ramulos diviſa & ſubdiviſa, floribus & fructu in ſummis ramulis, præ parvitate vix diſcernendis. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 132.

Anonymos, cujus flos nunquam mihi apparuit. *Clayt. n.*610.

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

LEPIDIUM foliis lanceolato-linearibus ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p. 331. n. 6.*
Lepidium flore albo, foliis longis anguſtis Naſturtii fervidis. *Clayt.*

* Thlaſpi pumilum flore albo, folio molli incano hirſuto. *Clayt.*

* Burſa paſtoris vulgaris. *Clayt.*

DRABA ſcapo nudo, foliis hiſpidis.
Alyſſon ſive Paronychia vulgaris, primo vere florens, flore albo, petalis ad apicem bifidis, caule tenui aphyllo rubente, foliis craſſis ſucculentis villoſis, ſiliqua longa lata compreſſa. *Clayt. n.* 324.

DRABA caulibus nudis, foliis inciſis. *Linn. Hort. Cliff. p. 335. n.* 1.
Draba vulgaris caule nudo, Polygoni folio hirſuto. *Dill. Cat. Giſſ. p.* 40. *& Gen. p.* 122.
Alyſſon primo vere florens, foliis tenuioribus oblongis acuminatis leviter villoſis, humi ſphærice ſtratis, ſiliqua breviore & latiore. *Clayt. n. 525.*

SILIQUOSA.

CHEIRANTHUS caule filiformi lævi, foliis lanceolatis, infimis inciſis.
Heſperis maritima flore albo, foliis infimis inciſis, ſuperioribus anguſtis integris, ſapore miti. *Clayt. n. 56. &* 394.

CAR-

CARDAMINE foliis pinnatis, floribus tetrandris. *Linn. Hort. Cliff. p.* 336. *n.* 2.
Cardamine ſubhirſuta, minore flore. *Dill. Cat. Giſſ.* 76.
Cardamine pumila flore albo, ſapore acri. *Clayt. n.* 370.

ARABIS foliis ovatis denticulatis glabris.
Cochlearia flore majore. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg. Plukn. Mant. p.* 135.
Heſperis flore ſpecioſo albo, foliis integris acuminatis alternis, infimis ſubtus purpureis, caulibus ſupinis, ſiliqua longa tenui. Tota planta Cochleariæ ſapore prædita. *Clayt. n.* 45.

ERYSIMUM ſiliquis ſcapo appreſſis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 337. *n.* 3.
Eryſimum vulgare. *C. B. Pin.* 100.

TURRITIS foliis lanceolatis dentatis, radicalibus maximis, ſiliquis compreſſis falcatis.
Anonymos foliis in terræ ſuperficiem ſtratis longis anguſtis, ad modum Cardui leviter inciſis, nonnihil rigidis, ſubtus purpureis, ſuperne mollibus viridibus concavis acuminatis: ſiliqua longa paululum falcata tenui compreſſa lucida, ſeminibus tenuiſſimis ala membranacea Leucoji inſtar cinctis; flore albicante parvo pendulo inodoro. *Clayt. n.* 400.

Claſſis XVI.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

GERANIUM pedunculis bifloris, foliis multifidis, pericarpiis hirſutis.
Geranium columbinum Carolinum, capſulis nigris hirſutis. *Dill. Hort. Elth. p.* 162. *T.* 135.
Geranium columbinum flore carneo, foliis diſſectis. *Clayt. n.* 372.

GERANIUM pedunculis bifloris, caule bifido erecto, foliis ſummis ſeſſilibus.
Geranium batrachioides Americanum maculatum, floribus obſolete cœruleis. *Dill. Hort. Elth. p.* 158. *T.* 132. *f.* 359.
Geranium flore ſpecioſo dilute rubente inodoro, purpureis lineis notato, foliis inciſis. *Clayt. n.* 307.

POLYANDRIA.

SIDA foliis lanceolato-rhomboideis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 346.
Abutilon flore parvo luteo, foliis parvis ſerratis odore Pimpinellæ ſanguiſorbæ præditis, caulibus ramuliſque duris lignoſis. *Clayt. n.* 131.

SIDA foliis ſubrotundo-cordatis acuminatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 346. *n.* 4.
Abutilon. *Dod. p.* 656.
Abutilon cortice cannabino, flore luteo, foliis mollibus cordiformibus, ſubtus incanis, capſulis roſtratis. *Clayt. n.* 441.

MAL-

MALVA caule repente, foliis cordato-orbiculatis, obſolete quinquelobis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 347. *n.* 5.
Malva ſylveſtris folio ſubrotundo. *C. B. Pin.* 314.

HIBISCUS foliis ovatis crenatis, angulis lateralibus obſoletis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 349. *n.* 1.
Ketmia Africana, Populi folio ſubtus incano & caule vireſcente. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 100.
Ketmia paluſtris fruteſcens, flore maximo candido, umbilico purpureo, foliis Aceris mollibus. *Clayt. n.* 122.

* Ketmia flore carneo ſpecioſo, umbilico purpureo, foliis prioris. *Clayt.*

Claſ-

Claſſis XVII.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

POLYGALA foliis lanceolatis alternis, caule ſimpliciſſimo, corymbo terminatrice capitato.
Polygala rubra Virginiana ſpica parva compacta Baniſteri. *Plukn. Alm. p.* 300.

POLYGALA caule ſimplici erecto, foliis ovato-lanceolatis alternis integerrimis, racemo terminatrice erecto.
Plantula Marilandica caule non ramoſo, ſpica in faſtigio ſingulari, gracili, e floſculis albis compoſita, an Polygalæ ſpecies? *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p* 640. *n.* 25.
Polygala Virginiana foliis oblongis, floribus in thyrſo candidis, radice alexipharmaca. *Mill.*
Polygala floribus albis in ſpicam tenuem digeſtis. Rattle-Snake-root. *Clayt. n.* 414.
Pluknetius Tab. 439. & 453. *depingit duas plantas huic valde ſimiles.*
Caules ſimpliciſſimi abſque ramis, teretes, glabri, vix pedales, debiles. Folia ovato-lanceolata, glabra, integerrima, lævia, in petiolos vix manifeſtos deſinentia, ſuperiora ſenſim majora. Spica laxa ex floribus alternis ſeſſilibus terminat caulem mediante pedunculo foliis breviore. Flores albi, alæ ſubrotundæ.

POLYGALA foliis quaternis.
Polygala quadrifolia ſeu cruciata, floribus ex viridi rubentibus in globum compactis Baniſt. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 639. *n.* 10.
Polygala flore ex viridi rubente in globum compacto quadrifolia ſeu cruciata. *Clayt. n.* 157.

POLYGALA foliis linearibus, capitulis ſubrotundis.
Polygala foliis anguſtis ſtellatim poſitis, floribus ſpicatis albicantibus e foliorum alis. *Clayt. n.* 105.

*PO-

* POLYGALA foliis latioribus, ex adverſo binis, floribus purpureis, in ſummo caule ſpicatim diſpoſitis. *Clayt.*

* POLYGALA caule aphyllo cœruleſcente glauco ſucculento Crithmi inſtar, floribus rubentibus in capitula parva congeſtis, radice fœtida. *Clayt.*

* POLYGALA foliis oblongis, floribus ſpecioſis aureis, in capitulum rotundum congeſtis. *Clayt.*

DECANDRIA.

* LUPINUS floribus cœruleis inodoris, in ſpicas longas digeſtis, radice reptatrice. *Clayt.*

CROTALARIA foliis ſolitariis, petiolis decurrentibus membranaceis emarginatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 356. *n.* 1. *Var.*
Crotalaria ſagittalis glabra, longioribus foliis, Americana. *Plukn. Alm. p.* 122. *T.* 277. *f.* 2.
Crotalaria parva foliis integris longis anguſtis, ad finem obtuſis mollibus, villoſis, alternis; floribus parvis flavis, calycibus fere occultatis; caule alato; ſiliqua nigra, veſicæ inſtar inflata, unicam ſeminum reniformium lucidorum ſeriem continente. *Clayt. n.* 126.

ONONIS caule volubili.
Anonis phaſeoloides ſcandens, floribus flavis ſeſſilibus. *Dill. Hort. Elth. p.* 30. *T.* 26.
Trifolium nunc volubile, nunc erectum; flore majori luteo, ad genicula in ſummo caule abſque pediculis congeſto; foliis latis rugoſis; ſiliquis hirſutis latis fuſcis compreſſis, duo vel tria ſemina nigra ſplendentia continentibus. *Clayt. n.* 113.

CYTISUS foliis fere ſeſſilibus, calycibus ſquamula triplici auctis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 355. *n.* 4. *Var.*
Trifolium dendroides foliis ſubcœruleis ſive rutaceis. Pſeudo-Anil Virginienſibus. *Baniſt.*
Cytiſus procumbens Americanus flore luteo ramoſiſſimus, qui Anil ſuppeditat apud Barbadenſium Colonos. *Plukn. Alm. p.* 129. *T.* 86. *f.* 2.
Spartio affinis trifoliata ramoſa, foliis parvis ſubrotundis glaucis; flore flavo; caulibus glabris lentis flaveſcentibus, ad finem foliis deſtitutis; ſiliqua brevi tumida, duo vel tria ſemina reniformia continente; radice perenni, Vere turiones Aſparagi inſtar emittente. Tentarunt ex hac planta ſmegma Indigo dictum conficere, verum ſucceſſus minime reſpondebat. *Clayt. n.* 71.

ROBINIA aculeis geminatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 354.
Pſeudoacacia ſiliquis glabris. *Boerh. Ind. Alt. Part. II. p.* 39. *n.* 2.
Pſeudoacacia floribus albis racematim congeſtis pendulis odoratis, foliis pinnatis. Sweet-Smelling Locuſt. *Clayt. n.* 50.

DOLICHOS pedunculis communibus longiſſimis, leguminibus teretibus.
Phaſeolus volubilis, flore ſpecioſo rubro, vexillo pro floris modo amplo rotundo, pediculo ſex vel ſeptem uncias longo erecto inſidente, ſiliqua ſimplici glabra rotunda tumeſcente. Wild Peaſe. *Clayt. n.* 115.

DOLICHOS foliolis ovatis, intermediis petiolatis, leguminibus teretiuſculis compreſſis.
Phaſeolus flore purpureo, ſiliqua compreſſa. *Clayt. n.* 213.

DOLICHOS foliolis ovatis obtuſis, pedunculis multifloris racemoſis, petalis æqualis magnitudinis & figuræ.
Phaſeolus foliis glabris lucidis, ex quorum alis flores purpuraſcentes pedunculo longiſſimo tenui ſpicatim exeunt,

ſili-

ſiliquis longis tumidis, ſeminibus pro plantæ modo magnis reniformibus repletis. *Clayt. n.* 121.

CLITORIA foliis ternatis, calycibus oblongis.
Clitorius Marianus trifoliatus ſubtus glaucus. *Pet. Hort. Sicc. n.* 55.
Clitorius trifoliatus volubilis flore ex albo & violaceo variegato, vexillo ſpecioſo magno, ex alis foliorum egreſſo: foliis virentibus, forma Phaſeoli ſed minoribus: ſiliquis ſimplicibus longis, nonnihil tumeſcentibus acuminatis, ſemine rotundo viſcoſo fœtis. *Clayt. n.* 108.

CLITORIA foliis ternatis, calycibus campanulatis.
Clitoria foliis pinnatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 360. *n.* 1. caule volubili. *ibid. p.* 499.
Clitorius trifolius, flore minore cœruleo. *Dill. Hort. Elth. p.* 90 *T.* 76. *f.* 87.
Clitorius alter trifoliatus volubilis, plantis vicinis circumvolutus, flore ejuſdem coloris, ſed majore & rotundiore vexillo, iiſdem foliis, ſiliquis ſimplicibus longiſſimis tenuibus compreſſis in acumen longum acutum excurrentibus, ſemine intus cylindrico glabro unica ſerie diſpoſito. *Clayt. n.* 112.

CLITORIA foliis pinnatis, caule decumbente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 498.
Orobus Virginianus, foliis fulva lanugine incanis, foliorum nervo in ſpinulam abeunte. *Plukn. Mant. p.* 142.
Onobrychidis Species foliis amplis glabris pinnatis, impari in extrema coſta folio, caulibus ſupinis, flore ſpecioſo rubro, ſed marceſcente pallide carneo, in ſummitate pediculis longis tribus vel quatuor ſimul congeſtis, ſiliqua compreſſa unicam ſeminum ſeriem continente. *Clayt. n.* 102.

VICIA foliis pinnatis abruptis.
Cicer Aſtragaloides Virginianum hirſutie pubeſcens, floribus amplis ſubrubentibus. An Cicer montanum lanugino ſum erectum *C. B. Pin. D. Baniſter. Plukn. Alm. p.* 103. *T.* 23. *f.* 2.

Onobrychis foliis hirſutis, floribus in ſpica pendula denſe ſtipatis, vexillo luteo, & carina rubra, ſiliquis compreſſis erectis hirſutis, ſeminum unicam ſeriem continentibus. *Clayt. n.* 38.

VICIA pedunculis multifloris, ſtipulis ſuperne tantum acuminatis.
Aracus ſylveſtris floribus cœruleis ſpicatim denſe diſpoſitis. *Clayt. n.* 303.

* VICIA multifolia verna, floribus ex albo & rubro variegatis. *Clayt.*

* Aracus floribus albis in capitulum congeſtis. *Clayt.*

TRIFOLIUM caule piloſo, foliolis ſubſerratis, floribus lateralibus ſeſſilibus ſubſolitariis, leguminibus ovatis.
Loto affinis Lagopoides Novanglicana, fruteſcens, foliis ternis, ſubtus ſericea lanugine argentatis, monoſpermos. *Plukn. Mant. p.* 120.
Trifolii Species erecta, floribus aureis in ſummo caule congeſtis: foliis anguſtis hirſutis ſerratis: capſula ſimplici brevi villoſa tumente, unico vel duobus ſeminibus reniformibus repleta. *Clayt. n.* 92.

TRIFOLIUM leguminibus polyſpermis, foliolis obverſe-ovatis denticulatis, floribus tetrapetalis, capitulis fructiferis reflexis.
Trifolium montano ſimile Virginianum, floribus amœne purpureis amplioribus & magis patulis, ſummo caule glomerulis per maturitatem reflexis. *Plukn. Mant. p.* 185.
Trifolium ſupinum caulibus hirſutis non ſpinoſis, floribus rubentibus in capitula rotunda ad caulium cacumen & ex alis foliorum denſe congeſtis, calycibus in quinque acuta ſegmenta inciſis, foliis mollibus albo notatis, leviter ſerratis, inſtar Anonidis auritis, capſula parva duo vel tria ſemina continente. *Clayt. n.* 289.

TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 375. *n.* 18.
Trifolium pratenſe album. *C. B. Pin.* 327.
Trifolium ſupinum floribus albis in glomerulis rotundis, pediculis longis inſidentibus, floſculis exaridis pallide rubentibus & deorſum tendentibus. *Clayt. n.* 390.

TRIFOLIUM leguminibus ſpicatis reformibus nudis monoſpermis, caule procumbente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 375. *n.* 19.
Trifolium pratenſe luteum capitulo breviore. *C. B. Pin.* 328.
Trifolium vernum pumilum arvenſe repens, flore parvo luteo in capitula congeſto. *Clayt. n.* 336.

*Melilotus flore albo fruteſcens, odore fortiori. *Clayt.*

*Lagopus humilis, flore dilute purpureo, thyrſis mollibus denſe ſtipato. *Clayt.*

GLYCINE radice tuberoſa. *Linn. Hort. Cliff. p.* 361. *n.* 1.
Apios Americana. *Corn. C.* 76.
Apios late ſcandens, foliis glabris pinnatis Jaſmini ſimilibus, floribus atro-purpureis odoratis, in ſpicas longas denſas congeſtis, ex alis foliorum egreſſis, pediculis brevibus inſidentibus: ſiliquis ſimplicibus ſeminibus cylindricis fœtis; radice tuberoſa. *Clayt. n.* 127.

GLYCINE foliis ternatis.
Phaſeolus Marianus ſcandens, floribus comoſis. *Pet. Muſ. n.* 453.
Phaſeolus ſylveſtris late ſcandens, floribus cœruleis in racemos parvos ad genicula congeſtis, foliis hirſutis, ſiliqua ſimplici, ſeminibus intus purpureis maculis notatis, unica ſerie diſpoſitis. Madidis & umbroſis viget. *Clayt. n.* 182.

MEDICAGO caule erecto ramoſiſſimo, floribus faſciculatis terminatricibus.
Loto affinis trifoliata fruteſcens glabra. *Plukn. Mant. p* 120.
Barbæ Jovis affinis fruteſcens, floribus ex albo & rubro variegatis, a medio ad caulis cacumen ex alis foliorum denſe ſtipatis; foliis ex uno pediculo ternis, quaſi canitie tectis: capſula parva compreſſa acuminata, unicum ſemen reniforme continente. *Clayt. n.* 191.

* Barbæ Jovis alia ſpecies, floribus albis: foliis, capſulis, ſemineque cum præcedente convenit. *Clayt.*

MEDICAGO caule erecto vix ramoſo, racemo denſe ſpicato terminatrice. Clayt. n. 191. *pl.* 2.

HEDYSARUM caule florifero nudo longiſſimo, foliofero angulato.
Hedyſarum caule aphyllo tenui infirmo, foliis a radice aſperis, in uno pediculo ternis, floribus purpureis in ſummo caule ſpicatim poſitis. *Clayt. n.* 124.

HEDYSARUM panicula ramoſa, foliolis lineari-lanceolatis.
Onobrychis Mariana triphylla, Paſſifloræ pentaphyllæ anguſtiori folio & facie, ſiliculis dentatis aſperis. *Plukn. Mant. p.* 140. *T.* 432. *f.* 6.
Hedyſarum trifoliatum flore purpureo ſpicato, foliis anguſtis longis aſperis. *Clayt. n.* 184.

HEDYSARUM caulibus procumbentibus, racemis lateralibus ſolitariis, petiolis pedunculo longioribus.
Hedyſarum procumbens, Trifolii fragiferi folio. *Dill. Hort. Elth. p.* 172. *T.* 142. *f.* 169.
Trifolium ſupinum floribus ex albo & rubro variegatis, pediculis longis erectis, ex alis foliorum exeuntibus, inſidentibus, in ſpicam parvam diſpoſitis: foliis glabris: caulibus lignoſis: capſula brevi acuminata glabra compreſſa, unicum ſemen minimum ovatum continente. Datur hujus Varietas flore albo. *Clayt.* 85.

HE-

HEDYSARUM foliis ternatis & ſolitariis, caule hiſpido fruticoſo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 365. *n.* 1.
Hedyſarum Americanum triphyllum caneſcens, floribus albis ſpicatis. *Boerh. Ind. Alt. Part. II. p.* 51. *n.* 2.
Hedyſarum trifoliatum caule hirſuto volubili ſupino, floribus albis ſpicatim diſpoſitis, foliis amplis aſperis albo notatis. *Clayt. n.* 209.

HEDYSARUM leguminibus monoſpermis, foliis ternatis, foliolis lanceolatis.
?Phaſeolus erectus lathyroides, flore amplo coccineo. *Sloan. Cat. Jam. p.* 71. *& Hiſt. Jam. Vol. I. p.* 183. *n.* 17. *T.* 116. *f.* 1.
Melilotus flore violaceo, odore remiſſo. *Clayt. n.* 103.

HEDYSARUM caule infirmo, foliis ternatis, foliolis ovato acuminatis, racemis pedunculo longioribus.
Hedyſarum triphyllum fruticoſum ſupinum flore purpureo. *Sloan. Cat. Jam. p.* 73. *& Hiſt. Jam. Vol. I. p.* 185. *n.* 25. *T.* 118. *f.* 2.
Hedyſarum trifoliatum, caule folioſo infirmo, floribus ex albo & rubro variegatis. *Clayt. n.* 180.

HEDYSARUM caule recto, foliis ternatis acutiuſculis, racemis longiſſimis erectis.
Hedyſarum trifoliatum floribus viridibus, foliis magnis ſuperne aſperrimis, ſubtus mollibus Althææ inſtar. *Clayt. n.* 190.

Claſſis XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

HYPERICUM floribus digynis, foliis linearibus.
Hypericum caule quadrato hirſuto, flore aureo, foliis minimis hirſutis, cauli tam arcte appreſſis, ut vix conſpicuis. *Clayt. n.* 135.

HYPERICUM floribus digynis, foliis ovatis ſeſſilibus.
Centaurium luteum aquaticum perfoliatum flore flavo, foliis ſubrotundis glaucis. *Clayt. n.* 232.

HYPERICUM floribus trigynis, caule fruticoſo brachiato, foliis ovato-lanceolatis.
Hypericum parvum fruteſcens, foliis parvis glabris craſſis, caule compreſſo ligneo, flore luteo tetrapetalo. *Clayt. n.* 170.

*HYPERICUM non ramoſum, floribus in ſummis caulibus flavis, foliis punctatis quaſi perforatis. *Clayt.*

*HYPERICUM flore carneo, foliis ferrugineis lineis & maculis nonnunquam notatis, primo aſpectu quaſi perfoliatis, caule atro-purpureo. *Clayt.*

ASCYRUM foliis ovatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 494.
Hypericum pumilum ſemper virens, caule compreſſo ligneo ad bina latera alato, flore luteo tetrapetalo ſ. Crux ſ. Andreæ, Baniſter. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 495. *n.* 11.
St. Andrews wort. *Plukn. Mant. p.* 104.
Androſæmum flore luteo tetrapetalo, foliis oblongis glabris craſſis, caule duro compreſſo ligneo. *Clayt. n.* 230.

Claſſis XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

PRENANTHES floſculis plurimis, foliis haſtatis angulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 383. *n.* 3.
Prenanthes Novanglicanus Chenopodii foliis, floribus candidis. *Vaill. Act. Reg. Par.* 1721.
Prenanthes folio ſcabro inciſo, capitulis florum pendulis, floribus dilute luteis, petalis paucis conſtantibus. Tota planta lacte viſcoſo ſcatet. *Clayt. n.* 15. *&* 284.

PRENANTHES autumnalis, flore dilute purpureo deorſum nutante, ſpicatim ad caulem diſpoſito, foliis ſcabris inciſis, caule ſingulari. *n.* 319. præcedentis *varietas eſt.* Dr. Witts Snake root. *Præſentaneum eſt remedium contra morſus Caudiſonæ. Adverſ.* Collins.

CHONDRILLA foliis pinnato-haſtatis denticulatis.
Chondrilla ſylveſtris alta, flore cœruleo ſpecioſo: foliis ſinuatis longis acuminatis alternis, leviter hirſutis: caule ad cacumen ramoſo: ſemine nigro, pappis albis & quaſi argenteis inſtructo. *Clayt. n.* 139.

HIERACIUM foliis cuneiformibus hirtis, caule nudo craſſiſſimo erecto.
Hieracium fruticoſum latifolium, foliis punctulis & venis ſanguineis notatis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Hieracium Marianum perelegans, Lapathi venis ſanguineis inſcripti foliis, flore parvo flaveſcente. *Plukn. Mant. p.* 102.
Hieracium luteum, caule ramoſo aphyllo, foliis maculis & venis ſanguineis notatis. *Clayt. n.* 386.

HIERACIUM foliis radicalibus obverſe-ovatis pubeſcentibus, caulinis ovatis amplexicaulibus, floribus paniculatis, caule erecto.
Hieracium luteum foliis Piloſellæ. *Clayt. n.* 447.
Proxime accedit ad Hieracium glaucum piloſum, foliis parum dentatis. Dill. Hort. Elth. T. 149. *f.* 179. *Sed foliis differt obtuſioribus, radicalibus fere ſeſſilibus vix dentatis, caule erecto tenuiori, inferne tantum piloſo, & foliis dimidio minoribus.*

HYOSERIS foliis lanceolatis ſinuato-dentatis glabris, ſcapis unifloris.
Dens Leonis parvus, flore aureo. *Clayt. n.* 376.
Calycis folia lanceolata, plurima, æqualia, nequaquam imbricata. Semina tetragona truncata, calyce breviora, coronata pappo ſimplici ſeu capillari, intra quem ſquamæ aliquot albæ ſubrotundæ breviſſimæ itidem ſemina coronant, & pappum exteriorem deprimunt.

LEONTODON foliis linearibus integris, caule erecto ſimplici.
Dens Leonis foliis integris vel leviſſime tantum inciſis, flore ſpecioſo ſaturate aureo. *Clayt. n.* 19. & 383.
Calyx *ex duplici foliorum ordine compoſitus, glaber, æqualis, abſque ullis ad baſim ſquamulis, quarum defectu potius Leontodoni, quam Hyoſeridi adſcribi debet: pappo tamen ſimplici cum Hyoſeride convenit.* Folia *linearia, ſive graminea, vel enſiformia, communiter indiviſa, glabra, viridia.* Scapus *nudus, foliis duplo longior, uniflorus.*

* Dens Leonis vernus vulgaris. *Clayt.*

* Alter autumnalis, flore amplo ſpecioſo unico. *Clayt.*

TRAGOPOGON caule ramoſo, foliis lanceolatis ſeſſilibus amplexicaulibus dentatis.
Tragopogon flore magno ſulphureo ſpecioſo, caule ſtriato, foliis longis laciniatis anguſtis, ad margines ſpinulis mollibus obſitis. Florem habet mane expanſum, meridie clauſum, calyce tunc figuram conicam aſſumente, ſeminibus Tragopogonis flore purpureo, ſed minoribus. *Clayt. n.* 309.

SONCHUS caule glabro erecto longiſſimo, foliis pinnato-haſtatis & indiviſis.
Sonchus altus caule glabro Virginianus *Baniſt. Plukn. Alm. p.* 355.
Sonchus altiſſimus flore flaveſcente, caule glabro, foliis integris & interdum laciniatis. *Clayt. n.* 224.

* SONCHUS lævis vulg. *Clayt.*

* SONCHUS aſper vulg. *Clayt.*

ELEPHANTOPUS foliis tomentoſis.
Elephantopus foliis Primulæ Veris mollibus rugoſis integris hirſutis, caule etiam hirſuto dichotomo, foliis paucis minoribus veſtito, floſculis purpureis capitulis congeſtis, in ſummis ramulis diſpoſitis, quibus concava rigida duo vel tria ſubſunt folia. *Clayt. n.* 148.
Differt ab Elephantopo Dillenii foliis oblongis, quæ in Virginica ovata ſunt, dein foliis ſcabris, quæ in Virginica ſunt tomentoſa utrinque.

* ATRACTYLIS flore magno luteo, foliolis rigidis ad modum Cnici calycem cingentibus. *Clayt.*

ARCTIUM. *Cæſalp. Syſt.* 488.
Bardana ſ. Lappa major. *Dod.*

SERRATULA foliis linearibus, calycibus ſquarroſis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 302.
Cirſium tuberoſum, capitulis ſquarroſis. *Dill. Hort. Elth. p.* 83. *T.* 71. *f.* 82.
Cirſium parvum, foliis anguſtis integris rigidis, in mucronem rigidum deſinentibus, flore purpureo pulchro, ſquamis calycis in ſpinulas hamatas deſinentibus, radice tuberoſa. *Clayt. n.* 14.

SERRATULA foliis linearibus, floribus ſolitariis ſeſſilibus.
Cirſium tuberoſum, Lactucæ capitulis ſpicatis. *Dill. Hort. Elth. p.* 85. *T.* 72. *f.* 83.
Cirſium non ramoſum, foliis plurimis rigidis peranguſtis, flores ferens multos parvos rubentes in ſpica, ad caulem ſeſſiles, radice tuberoſa. *Clayt. n.* 237.
Radix eſt diſcutiens, hinc Throat-wort. *Adverſ. Collins.*

* Cirſium non ramoſum foliis latioribus, flores ferens pauciores majores, ſquamis hiantibus armatos, pediculis curtis inſidentibus, radice etiam tuberoſa. *Clayt.*

SERRATULA foliis ovato-oblongis acuminatis ſerratis, floribus corymboſis, calycibus ſubrotundis.
Serratula Marilandica, foliis glaucis, Cirſii inſtar denticulatis. *Dill. Hort. Elth. p.* 354. *T.* 262. *f.* 341.
Jacea floribus purpureis multis in ſummis caulibus, foliis longis anguſtis Salicis nonnihil æmulis. *Clayt. n.* 15. & 175.

CARDUUS calyce inermi, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, margine ſpinuloſis, caule folioſo unifloro.
Cirſium minus Virginianum ſingulari capitulo, caule folioſo. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. VII. p.* 150.
Carduus foliis amplis laciniatis, ſpinulis mollibus armatis, ſubtus incanis, capitulis tumeſcentibus, ſpinulis nigris hamatis plurimis denſe obſitis, flore ſingulari ſpecioſo purpureo. *Clayt. n.* 193.

* CAR-

* CARDUUS foliis laciniatis, ſpinis rigidis armatis, flore purpureo. *Clayt.*

* Carduus benedictus caulibus infirmis ſupinis, flore flavo. *Clayt.*

* Coma aurea altiſſima, floribus in ſummis caulibus & ramulis ſpicatim denſe ſtipatis, foliis Elichryſi, ſed longioribus & viridioribus. *Clayt.*

EUPATORIUM caule volubili, foliis cordatis acutis dentatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 396. *n.* 5.
Clematitis novum genus, Cucumerinis foliis, Virginianum. *Plukn. Alm. p.* 109. *T.* 163. *f.* 3.
Eupatorium aquaticum ſcandens, floribus albicantibus odoratis, foliis cordiformibus crenatis mucronatis, pediculis longis inſidentibus. *Clayt. n.* 147.

EUPATORIUM caule erecto, foliis cordatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 396. *n.* 5.
Eupatorium Urticæ folio Canadenſe, flore albo. *Herman. Hort. Lugd. Bat. app.*
Eupatorium floribus albis umbellatim quaſi diſpoſitis, foliis Urticæ, pediculis longis inſidentibus, ad nodos binis. Black Stikweet a colore caulis. *Clayt. n.* 199.

EUPATORIUM foliis ovato-lanceolatis obtuſe ſerratis, in petiolos deſinentibus.
Eupatorium folio Enulæ. *Corn. C.* 72.
Eupatorium altiſſimum, floribus multis dilute purpureis, in ſummo caule racematim congeſtis, foliis longis rugoſis, Salviæ nonnihil æmulis, quadratim poſitis, caule non ramoſo glabro rotundo. *Clayt. n.* 162.

EUPATORIUM foliis ovato-lanceolatis ſimplicibus, obtuſe ſerratis.
Eupatorium floribus albis in ſummis caulibus denſe congeſtis, foliis in caule plurimis longis anguſtis muricatis. *Clayt. n.* 207.

EUPATORIUM foliis cordatis ſerratis petiolatis.
Eupatorium Scorodoniæ folio, flore cœruleo. *Dill. Hort. Elth. p.* 140. *T.* 114. *f.* 139.
Eupatorium floribus ſpecioſis cœruleis denſe coactis, folio oblongo muricato & ſerrato. *Clayt. n.* 179.

*EUPATORIUM perfoliatum aquaticum, foliis rugoſis longiſſimis, in acumen longum deſinentibus, flore albo. *Clayt.*

POROPHYLLUM foliis deltoidibus angulatis.
Nardus Americana procerior foliis cœſiis. *Plukn. Alm. p.* 251. *T.* 101. *f.* 2. *Rai. Hiſt. Plant. Tom. III p.* 242.
Eupatorio affinis præalta non ramoſa, foliis triangulatis amplis crenatis, alterno ordine poſitis, ſuperne glaucis ſubtus albicantibus, pediculis longis inſidentibus, floribus dilute luteis parvis, e tribus vel quatuor floſculis compoſitis, calyce canaliculato albicante, caule glabro rotundo glauco. Tota planta præter flores calyceſque pulvere albicante minutiſſimo tegitur. *Clayt. n.* 133.

BIDENS corona ſeminum retrorſum aculeata, ſeminibus erectis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 399.
Bidens Americana Apii folio. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 462.
Bidens præalta floribus luteis vix radiatis, foliis alatis & Apii inſtar inciſis, odore Dauci præditis, ſemine bidentato tenui nigro, veſtibus tenaciter adhærente. Spaniſh-needle. *Clayt. n.* 176.

*BIDENS aquatica humilior, foliis quaſi pinnatis, impari ad finem lobo aliis longe majori & acuminato; flore ſemineque cum priori convenit. *Clayt.*

PO-

POLYGAMIA SUPERFLUA.

GNAPHALIUM ſtolonibus reptatricibus longiſſimis, foliis ovatis, caule capitato.
Gnaphalium Plantaginis folio Virginianum. White Plantain. *Plukn. Alm p.* 171. *T.* 348. *f.* 9.
Helichryſum humile Plantaginis folio. *Vaill. Act. Reg. Par. A.* 1719.
Elichryſo affinis foliis Tuſſilaginis ſed minoribus, ſubtus incanis & tomentoſis, ſuperne ferrugineis rugoſis duris. *Clayt. n.* 287.

GNAPHALIUM foliis lanceolatis, caule tomentoſo, corymbis ſupradecompoſitis, floribus ſeſſilibus confertis.
Elichryſum latifolium erectum, floribus conglobatis. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 452.
Elichryſum foliis dilute flaveſcentibus longis anguſtis tomentoſis, capitulis luteis colorem diu retinentibus, odore reſinoſo. *Clayt. n.* 203.

* GNAPHALIUM minimum humile, Herba Impia dictum. *Clayt.*

* Elichryſum floribus argenteis lucidis, foliis latis odoratis leviter hirſutis. *Clayt.*

ARTEMISIA foliis ramoſis linearibus, caule procumbente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 403. *n.* 5.
Abrotanum campeſtre. *C. B. Pin.* 136. cauliculis rubentibus. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 459.
Artemiſia foliis tenuiter inciſis, Santolinæ foliis ſimilibus, floribus luteis plurimis, in ſpicis pendulis denſe diſpoſitis, caule unico ligneo hirſuto rubente. *Clayt. n.* 167.

BACCHARIS foliis ovato-lanceolatis ſerratis, caule herbaceo.
Conyzæ affinis floribus purpureis, foliis amplis integris viridi-fuſcis mollibus odoratis. *Clayt. n.* 165.

BACCHARIS foliis lanceolatis ſerrato-dentatis, corymbis foliofis.
Eupatorium floribus albis. *Clayt. n.* 159.

BACCHARIS foliis obverſe-ovatis, ſuperne emarginato-ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 405.
Conyza Virginiana Halimi folio. *Tourn. Inſt. R. H p.* 455.
Senecio arboreſcens Halimi folio, ſeminibus quaſi pappo argenteo inſtructis, plurimis. *Clayt. n.* 240.

ERIGERON caule ſimpliciſſimo, ſæpius bifloro, folio caulino ſemiamplexicauli.
Aſter vernus caule fuſco hirſuto infirmo ſingulari, vix foliato, florem plerumque unicum, cujus petala marginalia alba ſunt, diſcum flaveſcentem cingentia, in faſtigio ferenti. *Clayt. n.* 375.
In Phytophylacio Collinſoniano datur Varietas caule multifloro.

ERIGERON floribus paniculatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 407. *n.* 3.
Conyza annua acris alba elatior, Linariæ foliis. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. VII. p.* 115.
Conyza foliis anguſtis longis, in caule plurimis, flore minimo dilute luteo, vix conſpicuo, nunc radiato, nunc nudo, barbulis paucis fugacibus. Tota planta eſt odorifera. *Clayt. n.* 449.

DORONICUM foliis ſubcordatis crenatis petiolatis.
Doronicum foliis Plantaginis, in ſuperficie terræ cruciatim poſitis, caule unico fere nudo, in binos vel ternos ramulos divaricato, flore ſpecioſo flavo. *Clayt. n.* 37.

DO-

DORONICUM foliis inferioribus integris, ſuperioribus laciniatis, caule multifloro.
Doronicum vernum flore aureo, foliis tomentoſis, pediculis longis inſidentibus, imis integris, ſupremis laciniatis, radice reptatrice. *Clayt. n.* 44.
Semina Radii ſunt pappoſa.

SOLIDAGO paniculato-corymboſa, racemis reflexis, floribus confertis adſcendentibus. *Linn. Hort. Cliff. p* 409. *n.* 2.
Virga aurea Noveboracenſis glabra, caulibus rubentibus, foliis anguſtis glabris. *Herman. Flor. Lugd Bat. Flor.* 26.
Virga aurea aquatica, foliis glabris anguſtis, caule rubente. *Clayt. n.* 283.

SOLIDAGO calycibus ſquarroſis, floſculis radialibus integerrimis, floribus corymboſis
Virga aurea humilior, foliis integris ad apicem rotundis, florum petalis marginalibus albis, diſco ferrugineo. *Clayt. n.* 90.

* Virga aurea foliis latioribus, floribus in ſummis virgis albis, ſpicatim denſe diſpoſitis. *Clayt.*

* Virga aurea alta, foliis oblongis glabris acuminatis, florum ſpicis denſiſſimis. *Clayt.*

* Jacobæa flore aureo, foliis tenuiter inciſis: pratis madidis Vere invenienda. *Clayt.*

SENECIO foliis ovatis inæqualiter dentatis indiviſis, corymbo terminatrice inæquali.
Baccharis ſeu Conyza magna, flore luteo ſpecioſo, foliis amplis laciniatis odoratis. *Clayt. n.* 204.

SENECIO foliis pinnatifidis denticulatis, laciniis æqualibus patentiſſimis, rhachi lineari. *Linn. Hort. Cliff. p.* 406. *n.* 1.
Senecio major vulgaris. *C. B. Pin.* 131. *Clayt. n.* 285.

SENECIO foliis crenatis, infimis cordatis petiolatis, ſuperioribus pinnatifidis, laciniis exterioribus majoribus
Jacobæa Virginiana foliis imis Alliariæ glabris, cauleſcentibus Barbareæ. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. VIII. p.* 110. *n.* 19. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p.* 180. *n.* 74.
Jacobæoides foliis imis Alliariæ, cauleſcentibus Jacobææ D. Sarracin. *Vaill. Act. Reg. Par. A.* 1720.
Jacobæa flore aureo verna, foliis infimis rotundis ad marginem ſerratis, pediculis longis inſidentibus, ſupremis laciniatis ad margines etiam ſerratis, leviter ſuperne lanatis, radice parva atro-rubente, odore grato prædita. Madidis & umbroſis gaudet. Majo floret. *Clayt. n.* 249. *&* 286.

ASTER floribus terminatricibus ſolitariis, foliis linearibus alternis.
Aſter foliis parvis rigidis crebris, caule non ramoſo ligneo infirmo, flore unico ſpecioſo, barbulis purpureis longis, floſculis in diſco ferrugineis, calyce ſquamoſo tumido & rotundo. *Clayt. n.* 9.
Ab Aſtere Marilandico Roriſmarini foliis anguſtioribus in caule crebris inordinatis, floribus in ſummitate paucis Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. p. 165. *differt flore ſolitario caulem albidum terminante.*

ASTER ramoſus petiolis folioſis, foliis lineari-lanceolatis villoſis.
Aſter floribus flavis, in ſummis caulibus tenuiter congeſtis, foliis anguſtis longis gramineis tomentoſis, caulem amplectentibus. *Clayt. n.* 218.
Facie accedit ad Aſterem purpureum elatiorem Floridanum gramineis foliis argenteo-ſericeis Plukn. Tab. 374. *f.* 1.

ASTER caule ſubnudo filiformi ſubramoſo, pedunculis nudis, foliolis radicalibus lanceolatis obtuſis.
Aſter paluſtris foliis Bellidis non ſerratis, barbulis tenuibus albis, diſco luteo, caule viridi hirſuto erecto. Vere floret. *Clayt. n.* 391.

ASTER caule infirmo, foliis ovatis acuminatis integerrimis, pedunculis unifloris nudis, calycibus ſimplicibus.
Aſter Americanus latifolius albus, caule ad ſummum brachiato. *Plukn. Alm. p.* 56. *T.* 79. *f.* 1.
Aſter petalis florum marginalibus albis latis paucis, diſco flaveſcente, caule infirmo. *Clayt. n.* 143.

ASTER foliis linearibus acutis, caule corymboſe ramoſiſſimo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 408. *n.* 15.
Aſter Tripolii flore, anguſtiſſimo & tenuiſſimo folio. *Herman. Flor. Lugd. Bat. Flor.* 23.
Tripolium flore unico caulem terminante, cujus radii purpurei & longi, & floſculi in medio flaveſcentes, foliis longis glaucis gramineis. *Clayt. n.* 241.

ASTER foliis linearibus integerrimis, caule paniculato. *Linn. Hort. Cliff. p.* 408. *n.* 10.
Aſter Americanus multiflorus, flore albo Bellidis, diſco luteo. *Sch Bot. Par.*
Aſter vernus caule ſingulari, vix folioſo, in cacumine ramoſo, petalis florum marginalibus albis, diſco aureo, foliis ad imum ſubrotundis craſſis ſerratis. *Clayt. n.* 72.

ASTER foliis lanceolatis ſemiamplexicaulibus crenatis ſcabris, ramis unifloris folioſis.
Aſter grandiflorus aſper, ſquamis reflexis. *Dill. Hort. Elth. p.* 41. *T.* 36. *f.* 31.
Aſter foliis parvis auritis viſcoſis, flore ſpecioſo, diſco aureo, barbulis cœruleis, calyce ſquamoſo foliaceo tumido. *Clayt n.* 239.

ASTER foliis lanceolatis ſeſſilibus alternis integerrimis, calycibus alternis imbricatis tomentoſis erectis.
Virga aurea. *Clayt. n.* 239.

ASTER foliis lanceolato-linearibus alternis integerrimis ſemiamplexicaulibus, floribus capitato-terminatricibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 408. *n* 7.
Aſter Novæ Angliæ altiſſimus hirſutus floribus ampliſſimis purpureo-violaceis. *Herman. Par. Bat. p.* 98. *Clayt. n.* 244.

ASTER caule terminato corymbo, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus piloſis.
Aſter foliis rigidis integris oblongis auriculatis, floribus flavis ſpecioſis, in umbellam ad finem ramulorum coactis. *Clayt. n.* 160.

ASTER caule paniculato, pedunculis racemoſis, pedicellis folioſis, foliis linearibus integerrimis.
Aſter ericoides dumoſus. *Dill. Hort. Elth. p.* 40. *T.* 36. *f.* 40.
Aſter ſerotinus floribus parvis albis, diſco ferrugineo, in umbellas tenues diſpoſitis minimis. Hujus datur alia Species ſpicatim florifera. *Clayt. n.* 194.

*ASTER cœruleus ramoſus, Ptarmicæ capitulis, foliis nervoſis. *Clayt.*

*Helenium ſ. Enula Campana præalta, foliis longis latis, ſubtus incanis, ſuperne virentibus rugoſis, flore ſpecioſo flavo, diſco nigricante. *Clayt.*

CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 416. *n.* 3.

Leu-

Leucanthemum vulgare. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 492.
Leucanthemum flore ſpecioſo albo, diſco atro-purpureo, foliis ad margines inciſis odoratis. *Clayt. n.* 68.

BUPHTHALMUM foliis oppoſitis lanceolatis, petiolis bidentatis. *Linn Hort. Cliff. p.* 415 *n.* 12.
Aſteriſcus fruteſcens, Leucoji foliis ſericeis & incanis. *Dill. Hort. Elth. p.* 44. *T.* 38. *f.* 44.
Chryſanthemum maritimum flore flavo concolore, unico in uno caule, eumque terminante: cauliculo brevi vel nullo: floſculis in diſco e ſquamarum ſinubus exeuntibus, ſquamis flore marceſcenti in rotunditatem coactis, foliis craſſis ſucculentis virentibus, ad caulem anguſtis & ad finem latis rotundis, ex adverſo binis, ad margines interdum minime crenatis, duabus aut pluribus breviſſimis mollibus ſpinulis armatis: radice longa albicante non fibroſa. *Vid. Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. I. T.* 93. *Clayt. n.* 242.

BUPHTHALMUM florum diſcis ovatis, caule ramoſo, foliis duplicato-pinnatis linearibus.
Chamæmelum fœtidum. *C. B. Pin.* 135.
Cotula fœtida vulgaris. *Clayt. n.* 436.

ACHILLEA foliis duplicato-pinnatis glabris, laciniis linearibus acutis laciniatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 413. *n.* 7.
Millefolium vulgare album. *C. B. Pin.* 140. *Clayt.*

HELENIA foliis decurrentibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 418.
Aſter Floridanus aureus caule alato, ſumma parte brachiato, petalorum apicibus profunde crenatis. *Plukn. Amalth. p.* 43. *T.* 372. *f.* 4.
Chamæmelo affinis flore aureo concolore ſpecioſo, barbulis deorſum nutantibus, foliis oblongis integris acuminatis, leviter ſerratis, adverſis. Tota planta amaritudine notabili prædita. Aquoſis gaudet, ac Autumno floret. *Clayt. n.* 202.

*Ptarmicæ affinis altiſſima fruteſcens annua: foliis amplis acuminatis viridibus mollibus, ex adverſo binis, pediculis longis inſidentibus: floribus flavis, umbellatim in ſummis ramulis poſitis, vix radiatis, barbulis fugacibus cito caducis: caule quadrato alato, ſemine bidentato. Stickweet. *Clayt.*

VERBESINA floribus corymboſis, foliis lanceolatis petiolatis.

Ptarmicæ affinis humilior floribus albis, foliis amplis acuminatis viridibus mollibus alternatim poſitis, caule vix alato, ſemine bidentato. White Stickweed. *Clayt. n.* 166.

CAL. *Perianthium ſubcylindraceum imbricatum, ſquamis oblongis obtuſis craſſiuſculis.*

COR. *compoſita radiata, radio ex floſculis paucis, diſco ex pluribus.*

Floſculus Diſci infundibuliformis, hermaphroditus, quinquefidus.

Floſculus Radii ligulatus, oblongus, interdum bifidus vel trifidus, interdum integer.

STAM. *Filamenta quinque breviſſima in floſculis hermaphroditis. Anthera cylindracea.*

PIST. *Hermaphroditis Germen ſub receptaculo floris proprii. Stylus filiformis. Stigmata duo revoluta.*

Fœminini floſculi ſeu Radii omnino ut Hermaphroditi ſe habent.

PERIC. *nullum. Calyx immutatus.*

SEM. *Hermaphroditis ac Fœmininis Floſculis columnaria, tetragona, coronata duabus paleis erectis, ſubulatis.*

Receptaculum paleis diſtinctum, ſingulis longitudine ſeminum, membranaceis, obtuſis.

Hinc Verbeſinis accenſeri poteſt, nec differt ab iis niſi Calyce.

Eu-

VERBESINA foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 500.
Eupatoriophalacron Balſaminæ fœminæ folio, flore albo diſcoide. *Vaill. Dill. Hort. Elth. p.* 138. *T.* 113. *f.* 137.
Bidens aquatica foliis glabris anguſtis leviter ſerratis, flore albicante, barbulis minimis caducis, caule rotundo glabro indeterminato, odore remiſſo. *Clayt. n.* 163.

TETRAGONOTHECA Doronici maximi folio. *Dill. Hort. Elth. p.* 378. *T.* 283. *f.* 365.
Corona Solis foliis amplis rigidis integris adverſis, floribus magnis flavis, diſco per maturitatem nigricante, calyce quatuor foliolis tumeſcentibus cincto, radice craſſa odorata. *Clayt. n.* 97.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

HELIANTHUS foliis ovatis crenatis trinerviis ſcabris, ſquamis calycinis erectis, longitudine diſci.
Corona Solis minor, diſco atro-rubente. *Dill. Hort. Elth. p.* 111. *T.* 94.
Corona Solis floſculis in diſco nigricantibus, petalis marginalibus flavis: foliis aſperrimis paucis auritis, ex adverſo binis auriculatis: caule hirſuto nigricante. *Clayt. n.* 136.

* Alia Species iiſdem floribus, ſed foliis lævioribus quadratim poſitis. *Clayt.*

HELIANTHUS foliis linearibus.
Flos Solis Marianus foliis alternis anguſtiſſimis ſcabris. *Pet. Muſ. n.* 644.
Chryſanthemum aquaticum autumnale odoratum humile, flore pulchro aureo, foliis leviter inciſis. *Clayt. n.* 13.

HE-

HELIANTHUS foliis lanceolatis ſeſſilibus.
Corona Solis caule nigro, foliis oblongis acuminatis rugoſis auriculatis adverſis, flore flavo, in ſingulo caule unico, diſco purpureo. *Clayt. n.* 109.

HELIANTHUS foliis lanceolatis ſerratis lævibus.
Chryſanthemum paluſtre, foliis odore grato præditis. *Clayt. n.* 195.
Floris Radius piſtillo caret. Semina duplici palea ſubulata inſtruuntur. Paleæ receptaculi coloratæ ſunt. Diſcus planus, & pedunculi longi erecti.

RUDBECKIA foliis lanceolatis ovatis alternis indiviſis, petalis radii bifidis.
Chryſanthemum Americanum Doronici folio, flore Perſici coloris, umbone magno prominente, ex atro-purpureo, viridi & aureo fulgente. *Plukn. Alm. p.* 99 *T.* 21. *f.* 1. *Cateſb. Hiſt. Carol. Vol. II. T.* 59.
Obeliſcotheca barbulis pallide rubentibus. *Clayt. n.* 417.
Caulis pedalis ſimpliciſſimus, erectus, ſtriatus. Folia inferiora alterna, tria vel quatuor, ex ovata figura in lanceolatam decurrentia, ſuperiora paulo anguſtiora, margine leviter ſerrato. Flos ſolitarius & unicus terminatrix, calyce imbricato brevi, ſquamis undique patentibus. Diſcus hemiſphæricus, vel ſemiovatus. Paleæ rigidæ, atro-purpureæ. Radius multiplex dependens longiſſimus, petalis linearibus bifidis, acutis, ſaturate purpureis. Flores in diſco hermaphroditi, in radio fœminini, tamen ſæpe abortientes.
Hinc differt a Rudbeckiis Calyce magis imbricato, ab Helianthos Diſco convexo, ab utrisque Stylo præſente in floſculis radii. Ob faciem tamen floris ad Rudbeckias accedentis, & ob ſemina radii, quæ ſæpe abortire videntur, potius hanc Rudbeckiis accenſere volui, quam novum genus condere, quamdiu ſeminum notitia latet.

COREOPSIS foliis ovatis, inferioribus ternatis.
Chryſanthemum folio oblongo auriculato. *Baniſt.*
Chryſanthemum hirſutum Virginianum, auriculato Dulcamaræ folio, octopetalon. *Plukn. Alm. p.* 101. *T.* 83. *f.* 5. & *Tab.* 242. *f.* 4.
Corona Solis caule aphyllo, flore ſpecioſo unico, barbulis acuminatis eleganter ſerratis, foliis paucis hirſutis oblongis, pediculis longis inſidentibus. *Clayt. n.* 298.

COREOPSIS foliis verticillatis linearibus multifidis.
Chryſanthemum Marianum Scabioſæ tenuiſſime diviſis foliis, ad intervalla confertis. *Plukn. Mant. p.* 48. *T.* 344. *f.* 4.
Ceratocephalus Delphinii foliis. *Vaill. Act. Reg. Par. A.* 1720.
Delphinii vel Mei foliis Planta, ad nodos poſitis, caule ſingulari. *Clayt. n.* 308.
In Virginia creſcit duplo majus, glumis hiſpidis, & ariſtis ſat longis. Hujus varietas eſt Panicum aquaticum arundinaceum, ſpica ampla denſa hirſuta purpurea locuſtis ariſtatis *num.* 579, *quod Moriſono in Hiſt. Oxon. Part.* 3. *Sect.* 8. *Tab.* 4. *f.* 16. *dicitur* Gramen paniceum, ſpica diviſa, ariſtis longis armata C. Bauh. Pin., *cui ariſtæ quintuplo longiores, ac glumæ minus hiſpidæ.*

* Gramen paniculatum arundinaceum, locuſtis purpureis tenuibus ſplendentibus tremulis. *Clayt.*

DACTYLIS ſpicis ſecundis alternis erectis approximatis, calycibus unifloris ſubulatis.

Gramen

Gramen maritimum ſpicatum foliis longis anguſtis, caule rotundo glabro geniculato: antheris longis albicantibus pendulis tremulis. Stigma fuſcum bipartitum plumoſum: locuſtis muticis. *Clayt. n.* 583.
Spicæ conſtant floſculis alternis remotis, ſcapo approximatis muticis unifloris, exteriore latere modo inſertis, ſcapum ſpectantibus, ſubulatis, angulatis. Plures ejuſmodi Spicæ alternæ culmo appreſſæ unicam veluti ſpicam conſtituunt, in plures adeoque partes diviſibilem.
Hujus Generis ſunt
Gramen maritimum ſpica craſſa dactyloide, terminatrice: odore rancido: foliis Arundinis: culmo albo. *Clayt. n.* 577. &
Gramen avenaceum locuſtis argenteis ſpecioſis lucidis muticis, uno verſu laxe diſpoſitis. *Clayt. n.* 553.

LAGURUS ſpicis oblongis pedunculatis, e ſingula ala pluribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 25. *n.* 2.
Lagurus ſpicis inter folia brevia ad culmi ſummitatem denſe faſciculatim congeſtis. *Clayt. n.* 606.

LAGURUS humilior, panicula unica laxe nutante, culmum terminante.
Glumæ fuſcæ duræ lucidæ, villis brevioribus paucioribus obſitæ. Antheræ flavæ. Semen ariſta longiſſima fuſca lucida undulata coronatum. Folia longa anguſta. *Clayt. n.* 600.

AIRA panicula oblonga, floribus muticis, hermaphrodito maſculoque, calycibus triphyllis.
Melica paluſtris ſcapis tenuiſſimis & capillaceis: locuſtis unifloris: glumis magnis muticis, in panicula plurimis, denſe congeſtis. *Clayt. n.* 590.
Panicula anguſta oblonga valde contracta flores gerit muticos oblongos bifloros, comprehenſos calyce communi oblongo triphyllo, foliolo extimo minimo. Intra hunc calycem Floſculi duo, hermaphroditus & maſculus.

AIRA calycibus trivalvibus trifloris.
Poa ſpiculis bifloris & trifloris cordatis, culmo tenui pendulo. *Clayt. n.* 589.
A Poa ſpiculis ſubulatis, panicula rara contracta Linn. flor. Lapp. §. 54. *differt calyce trivalvi trifloro: floſculis acuminatis diſtichis muticis: panicula ampliſſima: foliis latiuſculis: caule tenui longo.*

Pag. 13. *poſt lin.* 10. *inſere*

POA panicula laxa erecta ſtricta, ſpiculis erectis oblongis.
Bromus vel Gramen loliaceum culmo paniculato pedali vel ſeſquipedali: ramis ſpiciferis purpureis ſetaceis rigidis: ſpiculis ſingulis purpureis compreſſis, obverſe oblongis, muticis. *Clayt. n.* 581.
Panicula non diffunditur more Graminum Paniculatorum in Europa creſcentium, ſed rami omnes adſcendunt diffuſi, capillares, ſtrictiſſimi, ramoſiſſimi. Spiculæ oblongæ muticæ fuſcæ, quinque vel ſex floſculis acuminatis compoſitæ.

UNIOLA calycibus diphyllis, ſpiculis ovato-lanceolatis.
Gramen loliaceum paniculatum locuſtis elegantiſſimis lucidis. *Clayt. n.* 582.
An ad Uniolam, an ad Brizam referenda ſit, incertus hæreo. Structura cum Uniola Hort. Cliff. p. 23. *convenit, ſed calyce communi diphyllo ab ea differt. Glumæ in Briza obtuſæ & cochlearis inſtar excavatæ prohibent, quod ad Brizæ genus referri nequeat. Proin eſſentia Generis Uniolæ conſiſtat in glumarum ſquamis diſtichis imbricatis carinatis, non verò in calyce polyphyllo. Hinc Uniola Horti Cliff. inſcribatur UNIOLA calycibus polyphyllis.*

CYNOSURUS ſpicis quaternis terminatricibus horizontalibus. *Roy. prodr. p.* 64. *n.* 4.
Gramen caninum ſpica triticea ſtrigoſa multiplici, locuſtis prona ſcapi parte affixis, ſpicis plerumque tribus in eodem culmo horizontaliter extenſis. *Clayt. n.* 597.
Variat apex tribus, quatuor & quinque ſpicis.

Gramen avenaceum locuſtis ariſtatis, paniculis forma Echinum referentibus. *Clayt. n.* 570.

ARUN-

ARUNDO panicula laxa, calycibus quinquefloris. *Roy. prodr. p.* 66. *n.* 2.
Arundo minor. *Clayt. n.* 581.

* ARUNDO maxima. Ad ripas fluminis Maharin & in Carolina boreali creſcit. E caudice geniculis perterebratis Angli calamos piſcatorios conficiunt. *Clayt.*

Gramen arundinaceum glumarum apicibus dilute purpureis. *Clayt. n.* 596.

Claſſis IV.

TETRANDRIA.

Pag. 16. *lin.* 1. *lege* ANAGALLIS caule ſingulari erecto &c. *Clayt. Emend.*

Ibidem lin. 14. poſt Clayt. adde *Ab Aparine paluſtri minori Pariſienſi flore albo Tourn. differt foliis ad genicula quatuor verticillatim poſitis, quæ in Pariſienſi plura quam quatuor obſervavit Celeb. Linnæus Flor. Lapp.* §. 58.

* APARINE floribus minimis albis: forte Sherardiæ ſpecies. *Clayt. n.* 551.

Pag. 17. *lin.* 12. poſt Alm. p. 128. ſubjunge *Perianthio non deſtituitur, ſed illud minimum gerit.*

* Frutex foliis amplis ſubrotundis acuminatis, ex adverſo binis: viminibus lentis infirmis, quaſi levi canitie tectis: floribus parvis monopetalis rotatis, rubro-albicantibus, ad nodos in faſciculos congeſtis: baccis parvis humidis cremeſino-purpureis glabris ſplendentibus, autumno ſpecioſiſſimis, quinque vel ſex ſeminibus compreſſis repletis. Stamina habet filiformia, corolla duplo longiora. Caudex lignoſus annuus. Eſt Frutex baccifer verticillatus, foliis ſcabris latis dentatis & conjugatis. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol. II. Tab.* 47. *Clayt. add.*

PTELEA. *Linn. Hort. Cliff. p.* 36. *Clayt.*

OLDENLANDIA calycibus fructuum maximis coloratis.
Alſine aquatica major repens, foliis acuminatis, Virginiana. *Plukn. Alm. p.* 20. *T.* 74. *f.* 5.
Ludwigia flore minutiſſimo albo tetrapetalo, ad nodos faſciculatim conferto, alſines foliis: caulibus procumbentibus,

tibus, radices è geniculis emittentibus: capſula Veronicæ foliacea. *Clayt. n.* 587.
Calyx parvus, dum floret, excreſcit in formam corollæ, coloratus, patentiſſimus, latiſſimus.

Tetrandriam Monogyniam claudat
Arbor non ſpinoſa floribus parvis monopetalis dilute flaveſcentibus, ad oram in quatuor parva obtuſa ſegmenta partitis, in tenues faſciculos congeſtis: foliis pruni: cortice glabro albicante: baccis rubris tetrapyrenis, ſapore fervidis. E longinquo Spinæ albæ formam habere videtur. Tetrandria monogynia. Folia autumno decidunt. An Caſſinoides, vel Aquifolii ſpecies. *Clayt. n.* 540. & 656.

Pag. 18. *poſt lin.* 7. *inſeratur*
HAMAMELIS Linn. Charact. Edit. II. num. 125.
Piſtachia virginiana nigra Coryli foliis D. Baniſter. *Plukn. Alm. p.* 298.
Arbor Coryli folio latiore, capſula ſicca biloculari, bifariam per maturitatem dehiſcente, nucleum unicum ovato-oblongum nigrum glabrum ſplendentem, ad finem macula alba notatum, intus oleoſum, ſingulis loculamentis continente. Sero autumno floret. *Clayt. n.* 544. & 673.
Folia alterna petiolata, abſque ſtipulis, ovata, inciſo-ſinuata angulis obtuſis, Coryli vel Alni foliis ſimilia, inferiora obtuſiora, ſuperiora acuta. Flores infra folia in racemis digeſti, petiolati, lutei. Petiolis propriis inſident Gemmæ vel Involucra ſquamoſa triflora, floſculos ſeſſiles continentia.

Ibid. ad finem adde
POTAMOGETON foliis lanceolato-oblongis, petiolis longis. *Clayt. n.* 664.
Eſt varietas Potamogeti foliis oblongo-ovatis petiolatis. Linn. Hort. Cliff. pag. 40. *n.* 1.

Claſſis V.

PENTANDRIA.

Pag. 19. *lin.* 22. *lege*
LITHOSPERMUM corollarum laciniis acuminatis hirſutis: ſeminibus quaternis.
Lithoſpermum latifolium Virginianum, flore albido longiore. *Mor. Hiſt. Oxon. Part. III. S. XI. p.* 447. *n.* 3.
Lithoſpermum perenne Virginianum latifolium, flore albicante longiore. *Ejuſd. S. XI. Tab.* 28. *f.* 3.
Lithoſpermum floribus albicantibus roſtratis. *Clayt. n.* 647.

Ibidem lin. 25. *poſt n.* 257. *adde* Radix vulneraria, diarrhœam, dyſenteriam, omnemque alvi fluxum ſiſtit. *Clayt. add.*

Pag. 20. *lin.* 11. *poſt n.* 257. *adde* Radix vulneraria cum Symphyto viribus convenit. *Clayt. add.*

Ibidem poſt lin. 17. *inſere*
LYCOPSIS puſilla, flore albo, foliis hirſutis. *Clayt. n.* 533.

* LYCOPSIS erecta; foliis lineari-lanceolatis tomentoſis mollibus confertis: flore minimo cœruleo, caulis ſummitate recurva. Creſcit juxta vias publicas loco ſterili. *Clayt. add.*

Pag. 21. *lin.* 3. *poſt n.* 401. *adde* Alexipharmaca eſt & pulmonica, moderate calida & ſicca: ad febrium deliria compeſcenda commendatur. *Clayt. add.*

Ibidem lin. 24. *poſt n.* 21. *adde* Ovibus maxime noxia cenſetur. *Clayt. add.*

AZALEA puſilla floribus albis in corymbos tenues diſpoſitis: foliis oblongis glabris integris alternis: caule duro non ramoſo lignoſo. *Clayt. n.* 533.

Ibidem

Ibidem lin. 28. *poſt Clayt. adde* Ad pannos colore luteo tingendos adhibetur. *Clayt. add.*

Pag. 22. *lin.* 9. *poſt n.* 211. *adde* Radix noxios humores è corpore blande educit. *Clayt. add.*

CONVOLVULUS calycibus tuberculatis piloſis. *Linn. Virid. p.* 18.
Convolvulus cœruleus, hederaceo folio magis anguloſo. *Dill. Hort. Elth. p.* 96. *T.* 80. *f.* 92.
Convolvulus flore pulchro cœruleo, foliis in ſinus anguloſque diviſis. *Clayt. n.* 504.

CONVOLVULUS ſpithamæus caule recto, foliis ſubrotundis.
Convolvulus virginianus leviter hirſutis & oblongis foliis, flore maximo albicante. *Plukn. Mant. p.* 54.
Convolvulus vernus albus monanthos humilis, foliis ſubrotundis hirſutis, in planta paucis: flore pro plantæ modo maximo. *Clayt. n.* 553.

CONVOLVULUS foliis inferioribus cordatis, ſuperioribus trilobis: calycibus, pedunculis, petioliſque glabris: caule rubeſcente.
Convolvulus flore maximo albo, tubo intus purpureo, foliis panduræformibus & nonnullis cordatis. Junio floret & locis arenoſis præcipue gaudet. An Mechoacan *Marcgr. p.* 41.? Jeburu prima *Piſon. Ed.* 1658. *p.* 253. *Clayt. n.* 641.

CONVOLVULUS foliis cordatis angulatis, radice tuberoſa. *Linn. Hort. Cliff. p.* 67. *n.* 3. *Varietas flore & radice albis.* Bermudas potatos. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol. II. T.* 60.
Convolvulus ſativus, radice tuberoſa, eſculenta, alba, Anglis **Bermudas Potatos** dicta. *Clayt. n.* 670.

CONVOLVULUS lacteſcens foliis ſagittatis, radice longa alba perenni. *Clayt. n.* 665.
Convolvulus marinus catharticus, foliis acetoſæ, flore niveo.

veo. *Plum. Cat. Pl. Amer. p.* 1.

Ab initio Maji ad Septembris finem hanc plantam per ſarmenta longa radices cirratas agentia ſe propagantem obſervavi, nec tamen fructificationem ubi ſponte creſcit (in maritimis) videre licuit: hinc radicem in horto collocavi, continuo abſcindens ſarmenta: qua ratione florem protulit unicum Anno 1741. Julii 30. die, qui plane erat niveus, margineque dilute rubente ornatus, cujus

CAL. duplex:

Exterior amplus diphyllus: *foliolis* ovatis concavis, ad margines rubentibus.

Interior pentaphyllus; *foliolis* lanceolatis viridibus, ad corollæ imum arcte adhærentibus.

COR. *Petalum* campanulato-patens, magnum, plicatum, margine leviſſime decem crenis inciſum.

STAM. *Filamenta* quinque filiformia cylindracea, longitudine Tubi, inter ſe exacte æqualia. *Antheræ* oblongæ erectæ, uniſulcatæ, conniventes.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus paulo longior, poſt Corollæ deceſſum perſiſtens. *Stigmata* duo ſubrotunda.

PER. Capſula nondum mihi apparuit. *Clayt. n.* 726.

POLEMONIUM foliis inferioribus haſtatis, ſuperioribus lanceolatis.

Polemonium arvenſe floribus dilute cœruleis: foliis ſupremis integris oblongo-ovatis, reliquis auriculatis. *Clayt. n.* 556.

Facies Veronicæ Teucrii folio. Calyx pentaphyllus. Corolla monopetala quinquefida. Stamina quinque. Stylus ſimplex ſemibifidus.

Pag. 23. *lin.* 14. *poſt n.* 84. *adde* Radicis pulvis doſi mediocri exhibitus adverſus febres omnes intermittentes tutum, certum & minime fallax remedium. *Clayt. add.*

LONICERA foliis ovato-oblongis, acuminatis, ſeſſilibus: floribus ſpicatis terminatricibus.

Periclymeni Virginiani flore coccineo planta Marilandica

ſpicata

ſpicata erecta, foliis conjugatis D. Sherard. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. III. Dendr. p. 32. n. 23. Catesb. Hiſt. Carol. Vol. II. p. 78.*
Periclymenum ſempervirens flore coccineo. *Clayt.*
Calyx minimus quinquefidus erectus, laciniis ſubulato-lanceolatis perſiſtens. Petalum unicum longum infundibuliforme, laciniis limbi lanceolatis acutis. Stamina quinque è fauce enata ſubulata, petalo breviora. Piſtillum unicum petalo longius, ſtigmate ſimplici, germine ſubrotundo.

LONICERA humilis hirſuta: caule obſolete rubente, quadrato: foliis lanceolatis adverſis: flore luteo ad alas unico. *Clayt. n. 626.*
Periclymeno affinis planta Virginiana, floribus ochroleucis, fructu periclymeni vulgaris. *Mor. Hiſt. Oxon. part. III. S. 13. p. 535. n. 8. Tab. I. Confer Dillen. Hort. Elth. p. 395.*

Ibid. lin. 31. poſt Clayt. adde Tota planta narcotica eſt, extrinſecus refrigerat, valetque in ambuſtis. *Clayt. add.*

Pag. 24. lin. 9. poſt n. 430. adde Folia extrinſecus refrigerant. *Clayt. add.*

Ibidem lin. 15. poſt n. 128. adde Fructus diureticus inſignis. *Clayt. add.*

ITEA.
Frutex paluſtris Vaccinii foliis, humilis: floribus obſolete albis inodoris ſpicatis. Clethræ faciem habet. *Clayt. n. 480. & 556.*
Eſt arbor ſpicis ſecundis: foliis alternis ſubtiliſſime ſerratis, lanceolato-ovatis, petiolatis, annuis. Characterem hujus dedi in Linn. Gener. Edit. II. n. 198.

Ibidem lin. 16. pro HEDERA *lege* Toxicodendron.

Ibidem

Ibidem lin. 26. lege

VITIS foliis palmato-angulatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 74. Vitis vulpina dicta, acinis peramplis purpureis in racemo paucis, ſapore fœtido & ingrato præditis, cute craſſa carnoſa. *Clayt. n. 696.*

Ab hac foliis utrinque glabris differt Vitis vulpina ſerotina, foliis parvis triangulatis, ad margines ſerratis. *Clayt. n.* 702. *quæ procul dubio* Vitis vulpina dicta virginiana nigra. *Plukn. Alm. p.* 392.

Pag. 26. *poſt lin.* 10. *inſere*

CELOSIA foliis lanceolato-ovatis, panicula diffuſa filiformi.

Amaranthus panicula flavicante gracili holoſerica. *Sloan. Cat. p.* 49. *& Hiſt. Jam. Vol. I. p.* 142. *n.* 32. *T.* 90. Celoſia maritima coma alba lucida. *Clayt. n. 576.*

Pag. 27. *lin.* 18. *poſt n.* 222. *adde* E cortice hujus plantæ monticolæ rapiſtra ſetaſque texunt. *Clayt. add.*

ASCLEPIAS erecta, non ramoſa, foliis oblongis glabris acuminatis: floribus amœne purpureis, corniculis & laminis erectis. Junio floret. Siliquas rariſſime profert. *Clayt. n. 636.*

ASCLEPIAS paluſtris erecta non ramoſa: foliis oblongis glabris in acumen productis: floribus obſolete purpureis. In ſolo lutoſo & humido ad rivulorum ripas inter Rubos, Alnos, Smilaces & Gramina Julio floret. *Clayt. n. 611.*

PERIPLOCA late-ſcandens: floribus viridibus in centro cupreo-fuſcis: foliis ovato-cordatis, mollibus: ſiliquis maximis glabris quinqueſulcatis. An Cynanchum caule volubili perenni, inferne ſuberoſe fiſſo: foliis ovato-cordatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 79. *n. 6*? In maritimis Julio floret. *Clayt. n. 637.*

Pag. 28. *lin*. 19. *lege*.

CHENOPODIUM foliis inferioribus ovatis acutis antrorſum dentatis, ſummis lineari-lanceolatis. *Linn. Hort. Cliff. p*. 85. *n*. 6.
Chenopodium foliis anguſtis dilute viridibus. *Clayt*.

Ibidem lin. 24. *adde* Semina lumbricos e corporibus infantum expellunt. *Clayt. add.*

* Kali ſpinoſum, foliis brevioribus, caulibus rubris. *Clayt.*

Pag. 30. *Gentianæ ſpeciebus inſerantur*

GENTIANA floribus ventricoſis campanulatis erectis quinquefidis, foliis oblongis acuminatis leviter villoſis.
Gentiana autumnalis humilior, flore extra luteſcente candido, intus variis lineis notato: foliis oblongis acuminatis, nonnihil villoſis. *Clayt. n*. 605.

GENTIANA foliis lineari-lanceolatis, caule dichotomo, corollis infundibuliformibus quinquefidis. *Linn. Hort. Cliff. p*. 81.
Centaurium minus flore albo puſillo. *Clayt. n*. 519.

Ibidem lin. 8. *poſt n*. 171. *adde* Utilis eſt in febribus, ictero, menſibus ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, & ſpecifice in morſu canis rabidi. *Clayt. add.*

Ibid. lin. 15. *lege*

ULMUS fructu membranaceo, foliis ſimpliciſſime ſerratis.
Ulmus altitudinis & craſſitiei minoris foliis latioribus rugoſis. *Clayt. n*. 524.
Folia erumpentia longitudinem transverſi digiti vix gerunt. Fructus tenelli ad alas hærent. Ad petiolorum exortum Stipulæ lineares pallidæ, digitum transverſum fere longæ, deciduæ. Ab Ulmo vulgari differt ſequentibus notis, alioquin ſimillima arbor.
1. *Folia in hac ſpecie ſimpliciter ſerrata, in vulgari dupliciter aut inordinate ſerrata.*

2. *Fructus in Europæa glabri, & apice bifidi, in Virginica margine undique pubeſcentes, & diviſi uſque ad Germen, ſpatium formantes inter has lacinias, apicibus conniventibus.*
3. *Piſtillum in diviſura Germinis conſpicitur in Europæa, in Americana verò nequaquam, ſed apex laeiniarum videtur ſtigma gerere.*

* ULMUS procerior foliis anguſtioribus, trunco per intervalla viminibus denſe congeſtis infra ramos obſito. *Clayt. add.*

Ibid. lin. 23. *poſt n.* 282. *adde* In febribus idem præſtat quod Contrayerva. In auſtrali Virginiæ parte frequenter occurrit. *Clayt. add.*

ERYNGIUM foliis gladiolatis, utrinque laxe ſerratis, ſummis tantum dentibus ſubulatis.
Eryngium aquaticum floribus albis. *Clayt. n.* 500.
Folia ſuprema ſerraturis gaudent ſubulatis: inferiora verò magis ſubulata ſunt, & in petiolum deſinentia, ſerrata itidem ſed mutica.
Hujus varietas eſt Eryngium lacuſtre Virginianum floribus ex albido cœruleis, caule & foliis Ranunculi flammei minoris D. Baniſter. Plukn. Alm. p. 136. *cui folia ſunt lanceolato-linearia utrinque ſubulata, ſeſſilia, floreſque pedunculati.*

* ERYNGIUM minus aquaticum, foliis linearibus, floribus pallide cœruleis. *Clayt. add.*

Pag. 31. *poſt lin.* 7 *adde*
SANICULA foliis radicalibus compoſitis, foliolis ovatis.
Sanicula Canadenſis ampliſſimo laciniato folio. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 326.
Folia radicalia plerumque ternata ſerrataque ſunt: lateralia ſæpe bipartita vel triloba, ramoſa, facie Aſtrantiæ, ſerrata. Caulis bipedalis & altior foliolis oppoſitis, ſæpius ternatis ſeſſilibus lanceolatis. Pedunculi infra bifurcaturam caulis longi. Flores ſeſſiles. Semina magna hiſpida.

Quum

Quum nunc innoteſcant tres Saniculæ ſpecies, inſcribi poſſet Sanicula officinarum C. B. Pin. 319. *SANICULA floſculis omnibus ſeſſilibus.*

Binæ poſteriores Araliæ ſpecies pag. 34. *&* 35. *recenſitæ ad Panacis* Genus referendæ ſunt: hinc inſcribantur

PANAX caule nudo.

Aralia caule nudo. *Hort. Cliff. p.* 113.

PANAX foliis ternis ternatis.

Aralia foliis ternis ternatis. *Flor. Virg. p.* 35.

PANAX foliis ternis quinatis.

Araliaſtrum quinquefolii folio majus, Ninzin vocatum D. Sarraſin. *Vaill. Serm. pag.* 43. *Flor. Virg. p.* 34. *Obſ.*

Aureliana Canadenſis, Sinenſibus Ginzeng, Iroquæis Garent Oguen. *Lafitau. Ginz.* 56. *Breyn. Add. ad Diſſert. de Rad. Gin-Sem. p.* 51.

Tertiam ſpeciem ad ſinum Dellawar Penſilvaniæ invenit Joh. Bartramus, qui radices ſeminaque ad Petrum Collinſonum miſit, in cujus horto feliciter creſcunt. Eandem in Canada, Nova Anglia & Marilandia naſci notavit Dillen. Hort. Eltham. pag. 392.

Ibidem poſt lin. 27. *ſequatur*

ANGELICA lucida Canadenſis fortaſſe: vulgo **Belly-ach-wood.** *Clayt. num.* 548.

Pag. 32. *lin.* 8. *lege*

SCANDIX ſeminibus nitidis, ovato-ſubulatis, foliis decompoſitis.

Cerefolium Virginianum procumbens Fumariæ foliis. *Mor. Hiſt. Ox. part. III. S. IX. p.* 303. *n.* 3. *Tab. II. f.* 3.

Cerefolium flore albo. *Clayt. n.* 407.

SISON foliis ternatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 99.

Umbellifera adhuc anonyma flore albo: foliis in uno petiolo ternis, foliolis lanceolato-ovatis ſerratis venoſis: pe-

tiolis communibus membrana quadam auctis. *Clayt. n.* 721.

Myrrhis foliis trilobatis & duplicato-ternatis, foliolis ad modum Filicis vel Adianti inciſis, impari in extrema coſta reliquis multo majore, petiolis fuſcis tenuibus, floribus albis. *Clayt. n.* 652.

SMYRNIUM foliis caulinis decompoſitis acuminatis.
Smyrnium aureum lobis ternis quinifve Marianum. *Plukn. Mant. p.* 173.
Smyrnium floribus luteis. *Clayt. n.* 464.
Folia radicalia ſunt decompoſita, conſtantque foliolis partialibus lateralibus ternatis, intermedio autem ex quinque foliolis pinnato. Omnia hæc foliola acuminata & acute ſerrata ſunt.
Folia caulina ut plurimum duplicato-ternata vel quinata, conjunctis duobus extimis foliolis inter ſe & fere baſi connatis.

SMYRNIUM foliis caulinis ternatis petiolatis, foliolis oblongo-ovatis integerrimis.
Umbellifera adhuc ignota foliis odore grato præditis. *Clayt. n.* 549.

Pag. 33. lin. 12. poſt Mant. p. 100. adde *Hujus varietas eſt Toxicodendron minus erectum capſularum tegumentis piloſis num.* 618, *quod reſpondet Toxicodendro recto foliis minoribus glabris. Dillen. Hort. Elth. p.* 389. *T.* 291.

RHUS foliis pinnatis integerrimis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 110.
Toxicodendron foliis alatis fructu rhomboide. *Dillen. Hort. Elth. p.* 390. *Clayt. n.* 681.

RHUS foliis pinnatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 110. *Var.* β.
Rhus virginicum panicula ſparſa, ramis patulis glabris. *Dillen. Hort. Elth. p.* 323.
Rhus baccis rubentibus, foliis ſerratis. *Clayt. n.* 492.

RHUS

RHUS elatior foliis cum impari pinnatis, petiolis membranaceis articulatis, foliolis minoribus nonnunquam non exacte oppoſitis: racemis atrorubentibus. *Clayt. n.* 728.
Rhus Virginicum Lentiſci foliis Baniſteri. *Raj. Hiſt. Plant. Tom. II. p.* 1799.
Gummi Copal. *Parkins. Theatr.* 1670.
Copalli-quahiutl Patlahoac, ſeu arbor Copalli latifolia. *Hernand.* 46. *Plukn. Alm. p.* 319. *Tab.* 56. *f.* 1.

RHUS foliis ternatis, foliolis petiolatis ovatis acutis pubeſcentibus, nunc integris, nunc ſinuatis.
Toxicodendron triphyllum folio ſinuato pubeſcente. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 611.
Toxicodendron ſcandens, foliis in eodem pediculo ternis pendulis reflexis, cortice inciſo, ſurculis foliisve divulſis. *Clayt.*
An ad Diœcias vel Monœcias referri debeat, mihi non conſtat. Sed ejuſdem ſpecies humilior recenſita in *Flor. Virgin. part. I. pag.* 33. *ſpec.* 3. omnino hermaphrodita eſt. Confer *Linnæi Obſervat. ad Hort. Cliff. pag.* 111. Surculus peculiaris brevis in foliolis minimis anguſtis laciniatis expanſus, e racemo frugifero egreditur. Succus lacteus guttatim cadit, qui aeri expoſitus mox nigreſcit. Vapores venenati ex omnibus arboris partibus contuſis exhalant, qui puſtulas acres, tumores doloreſque in corpore pariunt. *Clayt. n.* 479.

* Toxicodendron erectum procerum, foliis alatis, fructu rhomboide. *Dillen. Hort. Elth. T.* 292. *f.* 377. *Clayt. add.*

Pag. 34. lin. 4. poſt *appellari poſſet* adde *Clayt. n.* 542.

Ibid. poſt lin. 7. inſere
OPULUS. *Linn. Hort. Cliff. p.* 109.
Viburnum floribus in umbella candidis, foliis Aceris. *Clayt. n.* 543.

Ibidem lin. 17. *lege* **Gumbriar** & **Prikly-aſh.** *Clayt. Emend.*

Ibidem lin. 22. *lege* Baccis rubris umbilicatis rotundis lucidis ſemina quinque minima. *Clayt. Emend.*

Pag. 35. *poſt lin.* 11. *inſere*
STATICE caule nudo ramoſo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 115.
Limonium floribus cœruleo-purpureis. *Clayt. n.* 573.

Ibid. lin. ultima adde Ovibus noxia cenſetur. *Clayt. add.*

Claſſis

Claſſis VI.

HEXANDRIA.

Pag. 37. *lin.* 12. *poſt Clayt. adde* In paluſtribus floret. Eſt Lilium ſive Martagon floribus reflexis, ex luteo rubentibus, purpureis maculis eleganter notatis. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.* Lilium ſive Martagon Canadenſe flore luteo punctato. *Acad. Reg. par. Catesb. Hiſt. Carol. Vol. I. p.* 56. *Clayt. n.* 622.

* LILIUM ſive Martagon humilius, foliis glabris oblongis, viridi-purpureis, in caulis ſummitate denſe obſitis, alternis: floribus minoribus, luteis maculis notatis. In clivis ſolo pingui & lutoſo præditis (procul a Porcis) creſcit, & Julio floret. *Clayt. add.*

ERYTHRONIUM foliis ovato-oblongis glabris nigro-maculatis.
Dens Canis aquatilis: flore ſaturate flavo pendulo: foliis ovato-oblongis, in caule ſolummodo duobus glabris, maculis nigricantibus notatis. Ad finem Martii floret. *Clayt. n.* 691.

LEONTICE foliis ſupradecompoſitis.
An Chriſtophoriana. *Clayt. n.* 545.
Caulis ſimplex. Folia triplicato-ternata, longis petiolis communibus innixa: petiola verò propria intermedia breviora, lateralia proxima vix ulla. Foliola propria glabra ovata, intermedia ſæpe triloba. Racemus ſimplex caulem terminat laxus erectus. Thalictroides Pariſienſibus dici conſuevit.

Pag. 38. *lin.* 11. *poſt n.* 35. *adde* Baccæ cephalicæ, cardiacæ genus nervoſum confortant. *Clayt. add.*

Ibidem lin. 24. *poſt n.* 74. *adde* Radix antifebrilis & leniter cathartica, morſumque Caudiſonæ ſanat. *Clayt. add.*

ALOE

ALOE foliis lanceolatis, ſpina cartilaginea terminatis, floribus alternis ſeſſilibus.
Aloe Virginica floribus viridibus ſeſſilibus odoratis, foliis anguſtis muricatis autumno deciduis, radice perenni. Stamina corollâ duplo longiora. Antheræ longiſſimæ tremulæ incumbentes. An Lilium Scillæ foliis, denticellis parvis ad margines ſerratis D. Baniſter? *Clayt. n.* 498.
Differt ab Aloe foliis lanceolatis dentatis ſpina cartilaginea terminatis radicalibus Hort. Cliff. caule ſimpliciſſimo, floribus alternis ſeſſilibus. Florum corollæ fructui inſident infundibuliformes parvæ erectæ.

YUCCA foliis lanceolatis acuminatis integerrimis, margine filamentoſis.
Yucca foliis filamentoſis. *Mor. Hiſt. Oxon. part. II. p.* 419.
Yucca Virginiana foliis per ambitum apprime filatis. *Plukn. Alm. p.* 396.
Yucca flore albo, foliorum marginibus filamentoſis. **Silkgraſs.** In littoribus arenoſis fluminum creſcit. *Clayt. n.* 270.

JUNCUS culmo nudo nutante, panicula laterali. *Roy. prodr. p.* 44.
Juncus *Clayt. n.* 580. *pl.* 2.

JUNCUS foliis articuloſis: floribus umbellatis; capſulis triangulis. *Clayt. n.* 581.

JUNCUS folioſus minimus campeſtris & nemorenſis.
Gramen junceum Virginianum calyculis paleaceis bicorne. *Mor. Hiſt. Oxon. part.* 3. *S.* 8. *p.* 228. *Tab.* 9. *n.* 15.
Gramen junceum elatius pericarpiis ovatis, Americanum. *Plukn. Alm. p.* 179. *T.* 92. *f.* 9.
Folia ad radicem numeroſa graminea. Caulis farctus pedalis & ſemipedalis, paniculam e latere, rariſſime e faſtigio, geſtans. Capſulæ majuſculæ trivalves. *Clayt. n.* 340.

Pag.

Pag. 39. lin. 10. adde *In phytophylacio D. Collinſon datur Mas & Femina.*

D I G Y N I A.

ORYZA glumis carina hiſpidis.
Oryza altiſſima glumis pendulis hiſpidis, foliis longis anguſtis rigidis. In paludoſis inter Smilaces & Rubos Auguſto invenienda. *Clayt. n.* 595.

Ibidem lin. 16. *lege*

RUMEX foliis lanceolatis haſtatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 139.
Oxalis parva repens, foliis auriculatis & acuminatis. *Clayt. n.* 494.

* Lapathum folio acuto criſpo undulato: valvulis integris, granulo incumbente auctis. *Clayt. add.*

Pag. 40. *inſere*

MENISPERMUM foliis peltatis anguloſis. *Linn. hort. Cliff. p.* 140.
Meniſpermum foliis amplioribus peltatis, ad finem angulatis: caulibus implicatis: baccis nigris: floribus hexapetalis albis ſpicatis. *Clayt. n.* 546.

Ibidem lin. ultima adde Radices molliunt, digerunt, maturant, diſcutiunt. Paregoricæ ſunt. *Clayt. add.*

ALISMA foliis ſubulatis.
Sagitta puſilla, corolla alba tenerrima, foliis ſubulatis. *Clayt. n.* 723.

Claſſis VIII.

OCTANDRIA.

Pag. 41. adde
ACER foliis compoſitis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 144.
Acer fraxini foliis. *Clayt. n.* 530.

Ibid. inter lineam 23 & 24. adde
Orobanchoides Canadenſis flore oblongo cernuo. *Tourn. Act. Reg. Par. A.* 1706.

Ibid. lin. ult. poſt n. 227. adde *In Phytophylacio D. Collinſon vocatur*
Aliſanus vegetabilis Carolinianus. **The ſucking Bottle.** *Plukn. Amalth. p.* 8.

Pag. 42. *lin. ult. adde* Folia vulneraria extrinſecus ad vulnera creberrime uſurpantur. *Clayt. add.*

OENOTHERA foliis ovato-lanceolatis planis. *Linn. Virid. p.* 33.
Onagra latifolia. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 302.

OENOTHERA foliis tomentoſis utrinque, ovatis, dentatis: caule lignoſo, vix ramoſo, unifloro.
Onagræ ſpecies foliis parvis mollibus hirſutis, caule rubente. *Clayt. n.* 491.
Planta pedalis facie Lyſimachiæ corniculatæ luteæ minoris, Hyperici folio, caule rubro. Plukn. T. 411. *f.* 3.

EPILOBIUM foliis lanceolatis ſerratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 145.
Epilobium flore rubente: foliis integris ſerratis: petiolis, caule, veniſque foliorum rubris: ſiliqua rubente, pilis bre-

breviſſimis mollibus veſtita. In paludoſis inter vepres & arbuſta inveniendum. *Clayt. n.* 586.

* Thymelæa floribus albis, primo vere erumpentibus: foliis oblongis acuminatis: viminibus & cortice valde tenacibus, unde **Leather-wood** appellatur. Ad ripas fluminis Ranok dicti, aliorumque fluviorum prope montes, & in Comitatu Middleſexiæ creſcit. *Clayt. add.*

VACCINIUM foliis ovatis integris deciduis, racemis foliolosis. Frutex humilis floribus albis: foliis ovato-ellipticis glabris integris petiolatis alternis, ſupremis vel ramulum terminantibus acuminatis, ſubtus pallidioribus. Cujus

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, viride, perſiſtens.

COR. monopetala, alba, hypocrateriformis, nutans. *Limbus* quinquepartitus, laciniis rotundis, calice duplo longior. *Pedunculus* ſingulus foliolo minimo uno vel altero veſtitus.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, breviſſima, inflexa, albeſcentia, longitudine vix Antheras ſuperantia, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, canaliculatæ, fulvæ, ad apicis internum latus ſtaminum parte ſuprema affixæ, inferiori ſoluta: e quarum ſummitatibus duo criſpa tenuia filamenta (farina aurea per maturitatem tincta) excurrunt, primo inſtar capillorum ad externum latus ſtaminum verſus corollam leviter ſurſum ſpectantia, longitudine Antherarum porriguntur, tunc ſtylum appropinquantia (nonnunquam in unum coalita) ad integram corollæ longitudinem producuntur. Hæc Filamenta ad finem in duo vel tria tenuiſſima, brevia, recurva capillamenta diviſa ſunt.

PIST. *Germen* infra receptaculum globoſum. *Stylus* filiformis, cylindraceus, longiſſimus, albus, corolla dimidio longior. *Stigma* nullum, vel non perceptibile.

PER. *Bacca* globoſa, magna, umbilicata, octolocularis, per maturitatem obſolete rubens.

SEM. pauca oſſea. *Clayt. n.* 537.

VACCINIUM puſillum foliis minimis oppoſitis, floribus ſolitariis cœruleis rotatis. *Clayt. n.* 528.

Pag. 43. *lin.* 21. *lege*

DIOSPYROS floribus dioicis.

Dioſpyros foliis utrinque concoloribus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 149. *n.* 2.

Guajacana. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol. II. T.* 76.

Putchimon/ Pitchumon & Perſimon. Ad finem Maji flores profert. Gummi hujus arboris incraſſat, adſtringit: ideoque ad omnem alvi fluxum remedium inſigne, viribuſque Arabico præſtantius. Hæc ſpecies proprie eſt Mas, cui

CAL. *Perianthium* viride, monophyllum, ſemiquadrifidum, obtuſum, minimum.

COR. monopetala, luteo-albeſcens; ovato-campanulata, vix ſemiquadrifida, obtuſa, decidua.

STAM. *Filamenta* ſedecim, griſca, pubeſcentia, ſubulata, corollæ inſerta, eâque breviora, apice conniventia.

PIST. Germen nullum: interdum ſtylo ſimile corpus tenuiſſimum capillaceum breviſſimum & vix diviſibile adeſt. *Clayt. n.* 80. *&* 632.

DIOSPYROS floribus hermaphroditis.

CAL. *Perianthium* viride, monophyllum, maximum, quadrifidum, coriaceum, *laciniis* triangulari-cordatis, margine reflexis.

COR. monopetala, fuſca, tubulata, cito caduca. *Tubus* longitudine ſtyli, baſi expanſa, apice anguſtiori quadrifido, *laciniis* anguſtis, parvis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* octo, griſea, pubeſcentia, linearia, corollæ inſerta, quâ breviora.

PIST. *Germen* obtuſe quadratum, perianthio fere tectum. *Stylus* cylindraceus erectus, rigidus, apice quadrifariam furcatus (ſingulis filamentis nigris bifurcatis) longitudine corollæ. *Stigmata* nulla.

PER. *Bacca* globoſa, magna, multilocularis, calyci maximo patenti inſidens.

SEM.

SEM. nonnulla, magna, ovato-acuminata. *Clayt. n.* 651.
Hæc foliis majoribus facile diſtinguitur.

Pag. 44. *lin.* 3. & 4. *lege*
PERSICARIA florum ſtaminibus ſenis, ſtylo duplici. *Linn. Hort. Cliff. p.* 42. *n.* 5.
Perſicaria non maculoſa floribus carneis. *Clayt. n.* 672. &
Perſicaria non maculoſa floribus albis. *Ejuſd. n.* 670.

Ibidem lin. 8. poſt n. 382. ſubjunge *Hujus varietas eſt Polygonum maritimum floribus carneis ſpecioſis, foliis craſſis quaſi albedine tectis, in terram ſtratis num.* 497. *quod foliis magis carnoſis differt a Polygono oblongo anguſtoque folio C. B. Pin.* 281. *Quantas verò hæc planta ſubeat variationes, docet Linnæus Flor. Lapp.* §. 153.

Ibidem lin. 22. *lege*
HELXINE caule volubili. *Linn. Flor. Lapp.* §. 154. & *Hort. Cliff. p.* 150. *n.* 1. *Var.* β.
Helxine late ſcandens, ſeminibus majoribus. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Frumentum Saracenicum maximum Americanum. *Herm. H. L. B.*
Fagotriticum volubile maius Virginianum. *Plukn. Alm. p.* 143. *T.* 177. *f.* 7.
Fagopyrum ſcandens, caule rubente, ſemine nigro. *Clayt.*

PARIS foliis ternis ſubovatis obtuſis: flore ſeſſili, erecto, unico, foliis dimidium minore.
Tradeſcantiæ affinis flore albo (interdum etiam rubente) odorato unico tripetalo: caule ſingulari non ramoſo, perianthio vel involucro trifoliato: foliis tribus ſeſſilibus ſub quovis floris perianthio horizontaliter extenſis. Singula planta gaudet radice tuberoſa. Vere floret. *Clayt. n.* 536.

ELATINE foliis oppoſitis. *Linn. Flor. Lapp.* §. 156.
Hydrocotyle foliis brevibus linearibus integris obtuſis, radice reptatrice. *Clayt. n.* 646.

SAGINA caule erecto ſubnudo, floribus oppoſitis.
Saginæ affinis planta minima floribus albis: caule tenui vix ſpithamæo quadrato: foliis minimis linearibus acuminatis, ex adverſo binis, paucis, nudis oculis vix conſpicuis. Julio & Auguſto inter Muſcos ad margines fontium & ad arborum radices in paluſtribus invenienda. *Clayt. n.* 649.

Claſſis IX.

ENNEANDRIA.

Pag. 46. *lin.* 10. *poſt Piſon.* 146. *adde* Radicis cortex calefacit, ſiccat, attenuat, aperit, diſcutit, ſudores movet. *Clayt. add.*

Ibid. lin. 13. *poſt num.* 54. *adde* Oleum baccarum ad dolores colicos ſedandos inſigne. *Clayt. add.*

LAURUS foliis lanceolatis perennantibus venoſis planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus alternis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 154. *n.* 4.
Laurus baccis atro-purpureis, pediculis rubris inſidentibus. *Clayt. n.* 485.

LAURUS foliis lanceolatis enerviis annuis.
Lauro affinis aquatilis: foliis deciduis lanceolato-oblongis: floribus ſeſſilibus flaveſcentibus, Martio erumpentibus. *Clayt. n.* 520.
Flores umbellati ſunt, involucro tetraphyllo, ut in Corno. Folia integerrima petiolata.

Claſſis X.

DECANDRIA.

Pag. 47. *lin.* 24. *poſt n.* 146. *adde* Folia vi purgatrice cum Sennæ Alexandrinæ foliis conveniunt. *Clayt. add.*

Pag. 48. *lin.* 29. *poſt Clayt. adde* Foliorum decoctum æſtum febrilem mitigat, ſitimque ſedat. *Clayt. add.*

ANDROMEDA racemis ſimplicibus, foliis lanceolatis alternis deciduis, calycibus acutis laxis.
Redbud-tree. *Clayt. n.* 59.

ANDROMEDA foliis ovatis obtuſis, corollis corymboſis infundibuliformibus, genitalibus declinatis.
Ciſtus chamærhododendros Mariana laurifolia, floribus expanſis, ſummo ramulo in umbellam plurimis. *Plukn. Mant. p.* 49. *T.* 379. *n.* 6. **The common Laurel / vulgarly called Ivy.** Ovium præſentaneum venenum. *Adverſ. Collins.*

Pag. 49. *poſt lineam* 28. *inſerantur ſequentes ſpecies.*

SAPONARIA foliis ovato-lanceolatis, calycibus cylindraceis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 154.
Lychnis ſaponaria dicta, floribus carneis ſpecioſis, calycibus cylindraceis. *Clayt. n.* 660.

MITELLA ſcapo nudo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 167. *n.* 2.
Mitella floribus ſpicatis albis, foliis Heucheræ, valva capſulæ ſuperiori aliâ multo breviori, ſeminibus lucidis nigris. *Clayt. n.* 554.

SAXIFRAGA foliis cordato-ovalibus crenatis, corolla alba, capſulis rubentibus, caule hirſuto aphyllo. *Clayt. n.* 525.

Pag.

Pag. 50. *lin.* 30. *poſt* hirſutis *adde* Hujus datur Varietas floribus rubris, petalis crenatis. *Clayt. n.* 536.

Lychnis flore ſimplici ſpecioſo coccineo, foliis oblongis acuminatis adverſis, caule viſcoſo. *Clayt. n.* 423. *Reſpondet Lychnidi viſcoſæ Virginianæ flore amplo coccineo, ſive Muſcipulæ regiæ D. Baniſter. Plukn. Alm. p.* 231. *T.* 203. *f.* 1. Gentlem. Mag. 1755. Jan. p. 8. t. 8.

ALSINE foliis ovato-cordatis. *Linn. Fl. Lapp.* §. 186.
Alſine latifolia repens, floribus albis magnis, petalis bifidis. *Clayt. n.* 529.

ARENARIA foliis linearibus, longitudine internodiorum. *Linn. Hort. Cliff. p.* 173. *n.* 3.
Mollugo Alſines ſpecies. *Clayt. n.* 475.

CERASTIUM foliis calycibuſque hirſutis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 174. *n.* 3.
Alſine floribus albis, foliis anguſtis hirſutis Nigellaſtri. *Clayt. n.* 623.

Pag. 51. *lin.* 15. *lege*
OXALIS caule ramoſo erecto, pedunculis multifloris.
Oxys lutea Americana erectior. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 88.
Oxys erecta flore luteo. *Clayt. n.* 474.

* Oxys caule aphyllo, flore purpureo, radice tuberoſa rotunda. *Clayt. add.*

Ibidem ad finem adde

DECAGYNIA.

PHYTOLACCA foliis integerrimis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 177. Hæc ad Apetalas proprie pertinet, nam quod pro flore habetur, re verâ Calyx eſt, qui ad plenam baccarum maturitatem formam coloremque retinens perdurat. *Clayt. n.* 671.

Claſſis XI.

DODECANDRIA.

Pag. 52. lin. 9. lege
ASARUM foliis cordatis obtuſis glabris petiolatis.
Aſarum cyclamini folio virginiana. *Baniſt. Cat. St. Virg.*
Aſarum virginianum piſtolochiæ foliis ſubrotundis, cyclaminum more maculatis. *Plukn. Alm. p. 53. Tab. 78. fig. 2.*
Aſarum calyce purpureo amplo, e terra paululum remoto, foliis glabris cordiformibus, albis maculis notatis. *Clayt. n. 704.*
Folia in axungia porcina leniter cocta in ambuſtis egregii uſus. *Clayt. add.*

Pag. 53. lin. 7. pro Alia Ejusdem Species *lege*
LYTHRUM foliis linearibus, floribus hexandris ſolitariis.
Alia ejusdem ſpecies aquatica &c. *Clayt.* 505.
Caulis erectus. Folia oppoſita linearia integerrima. Flores in ſummis alis ſolitarii. Corolla hexapetala alba. Stamina ſex. Calyx ſtriatus ſexdentatus.

Claſſis XII.

ICOSANDRIA.

Pag. 54. lin. 13. poſt *Clayt.* adde n. 627. Ceraſi ſimilis arbuſcula mariana padi folio, flore albo parvo racemoſo. *Plukn. Mant. p.* 43. *T.* 339. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol. I. Tab.* 28.

Ibidem lin. 20. poſt *Clayt. n.* 43. adde *Hanc ſpeciem validis quandoque munitam ſpinis, quandoque iis orbatam eſſe obſervavit Linnæus. l. c. Hinc* Meſpilus inermis, foliis oblongis integris acuminatis ſerratis parvis, utrinque viridibus, cortice albicante. *num.* 526.

Pag. 55. *linea* 8. *lege*
CRATAEGUS viminibus lentis infirmis &c.

Ibidem lin. 26. *adde* Radicis in pulverem redactæ grana quadraginta blande per vomitum expurgant. *Clayt. add.*

Ibidem lin. ult. lege
RUBUS caule aculeato, foliis ternatis ac quinis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 192.
Rubus idæus fructu nigro. *Clayt. n.* 703.

Pag. 56. *linea* 3. *lege*
RUBUS caule aculeato, foliis ternatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 192.
Rubus idæus caulibus procumbentibus, fructu nigro e tribus quatuorve acinis amplis compoſito. *Clayt. n.* 634.

Ibidem lin. 7. *lege*
POTENTILLA foliis digitatis longitudinaliter patenti-ſerratis, caule repente. *Linn. Hort. Cliff. p.* 194.
Pentaphyllum vulgare. *Clayt. n.* 699.

Claſſis XIII.

POLYANDRIA.

SARRACENA foliis rectis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 497.
Sarracena foliis longioribus & anguſtioribus. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol.* II. *Tab.* 69.
Sarracena floribus flavis; foliis erectis buccinæ ſimilibus, folliculo ad ora inſtructis. Initio aprilis in paludoſis floret. Hic vulgo **Side ſadle flower** / in Carolina Boreali **Trumpet flower** vocatur. *Clayt. n.* 559.

SARRACENA foliis gibbis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 497.
Sarracena foliis brevioribus latioribus. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol.* II. *Tab.* 70.
Sarracena flore purpureo: foliis brevioribus cavis & auritis, margine extante longitudinaliter decurrente. *Clayt.* 717.

* NYMPHÆA floribus flavis. *Clayt. add.*

Lin. 25. *adde* Radix eſt emetica. *Clayt. add.*

Pag. 58. *linea* 28. *lege*
EUPHORBIA inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida: partialibus dichotomis, involucris ſemibifidis perfoliatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 199. *n.* 20.
Tithymalus flore flavo: foliis plurimis Salicis: caule in ſummitate ramoſo. *Clayt. n.* 557.

Ibidem linea 30. *lege*
EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis, pedunculis unifloris ſolitariis longiſſimis.
Hujus varietas pedunculis multifloris eſt Tithymalus botryodes maderaspatenſis Hyperici foliis non crenatis, floribus ex alis uno verſu provenientibus. *Plukn. Alm. p.* 373. *Tab.* 43.

43. *f.* 7.
Tithymalus flore exiguo viridi &c. *Clayt. n.* 555.
A nonnullis, præcipue incolis Borealibus temere ad vomitum ciendum interne uſurpatur. *Clayt. add.*

MIMOSA aculeis undique ſparſis ſolitariis, foliis duplicato-pinnatis, caule angulato. *Linn. Hort. Cliff. p.* 209. *n.* 11.
Mimoſa foliis eleganter pinnatis, pinnis numeroſiſſimis: caule ſpinoſo, volubili, late extenſo: floribus & ſiliquis in capitula rotunda congeſtis. *Clayt. n.* 416.

Pag. 59. *lin.* 1. Acacia triacanthos ad Diœciam Hexandriam referenda eſt.

Ibidem lin. 3. *lege*
PORTULACA foliis ſubrotundis craſſioribus, ad modum Stellariæ caulis apicem cingentibus. Species toto cœlo diverſa a Portulaca anguſtifolia floribus flavis. *Clayt. n.* 410.

Ibidem linea 20. *lege*
Aquilegia Canadenſis præcox procerior. *H. R. par.*

ACONITUM foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus, linea exaratis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 214. *n.* 3.
Aconitum cœruleum ſive Napellus. *Clayt. n.* 518.

Pag. 61. *linea* 9. *lege*
Magnolia ampliſſimo flore albo, fructu coccineo. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol.* II. *T.* 80.

Ibidem linea 12. *lege*
Magnolia altiſſima, flore ingenti candido. *Catesb. Hiſt. Carol. Vol.* II. *T.* 61.

Ibidem linea ultima lege
ANEMONE caule ramoſo, petalis lanceolatis. *Roy. prodr. p.* 588.
Anemone flore unico albo, foliis Ranunculi. *Clayt. n.* 529.

Pag. 63. *lin.* 6. *lege*
RANUNCULUS foliis ternatis, foliolis petiolatis trifidis inciſis, medio productiore, caule multifloro. *Linn. Hort. Cliff. p.* 230. *n.* 17.
Ranunculus pratenſis repens hirſutus. *C. B. Pin.* 179. *Clayt. n.* 473.
Ab hoc foliis glabris & ſeminibus aculeatis differt Ranunculus foliis ternatis, foliolis petiolatis, ſerratis: terminatrici reliquis majore trifida: floribus paucis luteis: ſeminibus aculeatis. *Clayt. n.* 710.

RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis petiolatis: caulibus paucis digitatis ſeſſilibus: flore luteo. *Clayt. n.* 701.
Ranunculus folio ſubrotundo Virginianus, flore parvo, molliori folio. *Herm. H. L. Bat. p.* 514.

CALTHA *Linn. Fl. Lapp.* §. 227.
Populago aquatica, floribus ſpecioſis flavis, foliis ſerratis lunulato-reniformibus. *Clayt. n.* 522.

Ibidem lin. ult. adde Ad Lumbricos extirpandos a nonnullis ſatis audacter teneris infantibus exhibetur. Pulvere foliorum puerorum pediculos enecant Indigenæ. *Clayt. add.*

Claſſis XIV.

DIDYNAMIA.

Pag. 65. lin. 6. adde Antifebrilis eſſe cenſetur. *Clayt. add.*

CLINOPODIUM foliis aliquantum latioribus, in planta paucioribus: caule infirmo, plerumque ſupino. *Clayt.*

Ibid. lin. 31. *adde* Uterina eſt, menſeſque pellit. *Clayt. add.*

MELISSA floribus verticillatis ſubſeſſilibus ſecundum longitudinem caulis.
Pulegium erectum odore vehementi, flore violaceo, radice nequaquam reptatrice. *Clayt. n.* 514.
Caules decumbentes. Facies omnino Calaminthæ Pulegii odoris foliis latioribus Boerhavii. Verticilli pedunculo communi non relaxantur, ſed arcte in verticillum congeruntur flores, diſpoſiti ſecundum totam longitudinem caulis inferne & ſuperne. Folia ovata petiolata tribus, duabus, vel unica crena notantur obtuſiuſcula, utrinque viridia.

MENTHA aquatica ſpicata: foliis oblongis viridibus ſerratis acuminatis. Creſcit in umbroſis humidioribus circa fontes. *Clayt. n.* 654.

Pag. 66. lin. 26. poſt Clayt. adde In obſtructione pulmonum, hepatis & in Tuſſi utilis æſtimatur. *Clayt. add.*

Pag. 67. lin. 3. *adde* Vulneraria eſt. *Clayt. add.*

Ibidem lin. 24. *lege*
SCUTELLARIA foliis lanceolatis.
Caſſida Mariana Hyſſopifolia. *Petiv. Act. Phil.*
Caſſida flore albo, Hyſſopi folio. *Clayt. n.* 261.

Pag.

Pag. 68. poſt lineam 6. inſere

RHINANTHUS corollarum fauce patente, foliis ſinuato-dentatis.

Digitalis lutea foliis inciſis: an Rhinanthi ſpecies antheris ſtaminum hirſutis bifidis. *Clayt. n.* 488.

Pag. 70. *lin.* 1. Dentariæ ſive Anblato Cordi affinis *eſt* Orobanche *Clayt. Emend.* & *Linn. Char. Edit. II. n.* 596.

Ibidem poſt lin. 24. *inſere*

OROBANCHE caule ramoſo, floribus diſtantibus.

Orobanche minor virginiana lignoſior, per totum caulem floribus minoribus onuſta. *Mor. Hiſt. Oxon. III. S.* 12. *p.* 502. *n.* 9. *Tab.* 16. *fig.* 9. & *Raj. Hiſt. III. p.* 595. Caprariæ affinis caule ramoſo aphyllo angulato duro fuſco fragili, radice tuberoſa rugoſa. Locis ſterilibus ad arborum floret radices. Hanc ad Taxi radicem clivo luteo umbroſo conſiti juxta magnam paludem **Poropotauk-ſwamp** dictam Septembri inveni. Fructificationis partes hæ ſunt.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, ventricoſum, dilute cœruleum, purpures lineis erectis notatum: *ore* quinquefido, *laciniis* brevibus purpureis, æqualibus, acutis.

COR. monopetala, tubuloſa, quadrangularis, calyce triplo longior, angulis purpureis, limbo quadrifido: laciniis æqualibus, brevibus, acutis.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, longitudine æqualia, corollâ paulo breviora. *Antheræ* incumbentes, connexo-conniventes.

PIST. *Germen* ad fundum Tubi corollæ ovatum. *Stylus* filiformis, ſub corollæ ſuperiore angulo inclinatus, eoque paulo longior. *Stigma* obtuſum, rotundum.

PER. *Capſula* purpurea, ſubrotunda, plana, compreſſa cum acumine, unilocularis, bivalvis.

SEM. numeroſa minima lutea. *Clayt. n.* 604.

Ibid. lin. 30. *poſt n.* 10. *adde* Hujus datur varietas floribus dilute purpureis. *Clayt. n.* 590.

Pag. 71. *linea penultima pro* Anonymos *lege* CHELONE

Pag. 72. lin. 26. pro *Quæritur, num huc referenda ſit*, lege, *DIGITALIS foliis linearibus, floribus remotis.*

Pag. 73. *lin.* 6. *poſt* num. 225. *adde* Plantæ ſuccus facultate venenoſa præditus eſſe fertur. *Clayt. add.*

Ibidem lin. 9. *dele verba* (an non binis): nam ſemper quinque obſervavi. *Clayt. Emend.*

Ibid. lin. 10. *adde* viribus virulentis (ſed deterioribus) cum priore convenit. *Clayt. add.*

Ibid. lin. 23. *Ruellia pedunculis ſolitariis unifloris, longitudine foliorum, expungenda eſt, & ad Gratiolæ genus referenda, quippe gerens modo ſtamina duo.*

Pag. 75. *lin.* 15. *lege*

VITEX. *Dod. Pempt.* 774.
Vitex foliis anguſtioribus, Cannabis modo diſpoſitis, floribus cœruleis. *Tourn. Inſt. R. H. p.* 604.
Vitex floribus cœruleis. *Clayt.* 506.

Ibidem linea ultima lege

Knawel erecta ramoſa : caule rubente, leviter villoſo : foliis hirſutis minimis, ex adverſo binis. Semen in ramulorum divaricationibus minutiſſimum vaſculo parvo incluſum profert. *Clayt. Emend.*

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA.

Pag. 76. poſt lineam 10. inſere
Alyſſum foliis radicalibus pinnatis, in orbem poſitis, caulinis lanceolatis: ſiliculis compreſſis.
Alyſſon floribus albis, foliis pinnatis auritis rubentibus. *Clayt. n.* 462.

Ibidem ad finem paginæ adde
RAPHANUS ſiliquis ovatis angulatis monoſpermis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 430. *n.* 3.
Cakile maritima ſucculenta, floribus albicantibus: foliis lanceolato-oblongis, antrorſum obtuſe crenatis, petiolis longis ſtriatis plerumque convolutis: ſiliqua fungoſa angulâta ſtriata acuminata articulata, internodiis binis, in quorum ſingulo unicum ſemen oblongum. Ad Littus promontorii Point-Comfort dicti Comitatus Gloceſtriæ inveni. *Clayt. n.* 732.

Pag. 77. ad finem adde
SISYMBRIUM foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. *Linn. Hort. Cliff. p.* 336. *n.* 1.
Naſturtium aquatile. *Clayt. n.* 528.

Claſſis XVI.

MONADELPHIA.

Pag. 79. *lin.* 9. *adde* Radix paregorica eſt. *Clayt. add.*

Ibidem ad finem adde

HIBISCUS foliis inferioribus cordatis acuminatis, ſuperioribus haſtatis.
Hibiſcus floribus rubris, foliis ad cordis formam accedentibus ſerratis: cortice glabro viridi: ſeminibus ſolitariis vaſa chymica retorta referentibus. In paludoſis ſalſis initio Auguſti floret. *Clayt. n.* 567.

Pag. 80. *lege*

Claſſis XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

FUMARIA ſcapo nudo. *Linn. Hort. Cliff. p.* 351. *n.* 1.
Fumaria ſiliquoſa lutea. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*
Fumaria ſiliquoſa radice grumoſa, e pluribus bulbis carnoſis extus rubeſcentibus compoſita: flore luteo, bicorporeo, ad labia conjuncto. *Clayt. n.* 625.

 OCTAN-

OCTANDRIA.

POLYGALA caulibus filiformibus, foliis linearibus alternis, pedunculis ſpicatis.
Polygala Mariana quadrifolia minor, ſpica parva albicante. *Plukn. Mant. p.* 153. *Tab.* 438. *f.* 4.
Polygala quadrifolla minima Marilandica, ſpicis florum parvis albentibus. *Raj. Hiſt. III. p.* 639. *n.* 8.
Polygala floribus herbaceis ſpicatis: foliis anguſtiſſimis alternis: caule tenui capillari. *Clayt. n.* 563.

Pag. 81. *lin.* 9. *lege*
LUPINUS calycibus alternis, radice perenni repente.
Lupinus cœruleus minor perennis virginianus repens. *Mor. Hiſt. Oxon. Sect.* 2. *part.* 2. *p.* 88. *tab.* 7.
Lupinus radice reptatrice perenni. *Roy. prodr. p.* 531.
Lupinus floribus cœruleis inodoris, in ſpicas longas digeſtis, radice reptatrice. *Clayt.*

Ibid. lin. ultimâ adde Datur varietas caule erecto, foliis acuminatis longioribus & anguſtioribus. *Clayt. n.* 588.

Pag. 82. *lin.* 10. *lege* flaveſcentibus, ad finem Julii nudis foliis deſtitutis: ſiliqua brevi, atro-fuſca, tumida. *Clayt. Emend.*

Ibid. lin. 20. *poſt n.* 50. *adde* Radix viridis contuſa Glycyrrhizæ ſpirat odorem. *Clayt. add.*

Pag. 83. *poſt lineam* 2. *ſequatur*
DOLICHOS caule lignoſo: pedunculis ex ala plurimis, floribus ſpicatis: legumine longo, apice ſurſum acuminato.
Phaſeolus floribus purpureis ſpicatis: foliis amplis: ſiliqua Piſi hortenſis. *Clayt. n.* 568.

Pag.

Pag. 85. *linea* 16. *lege*
TRIFOLIUM ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis æqualibus. *Linn. Hort. Cliff. p.* 374. *n.* 13.
Lagopus humilis flore dilute purpureo, thyrſis mollibus denſe ſtipato. *Clayt. n.* 483.

TRIFOLIUM fruticoſum hirſutum, ſpicis oblongis pedunculatis.
Trifolium fruteſcens, floribus albis, in ſpica longa hirſuta diſpoſitis. *Clayt. n.* 510.
Spicæ oblongæ obtuſæ. Calyces oblongi, hirſuti, ad baſin fere quinquefidi, acuti, erecti. Germina ovata hirſuta. Stamina novem coalita, & unum ſolitarium. Folia ternata ovata, obtuſa, intermedio longiori pediculo inſtructo. Stipulæ ſubulatæ. Facies Hedyſari trifoliati.

